



Sala R

Gab.

Est.

Tab. 3

N.º 14


Est. 14 C. 19

R

3

14

193



METHODVS
MEDENDI FRANCISCI

Vallensis Covarrubiani, Philippi.

II. Hisp. Regis Medici primi.
Ad eundem Regem potentissimum.

OFFERT NOBILISSIMO D.]

D. ANTONIO MOURAM

TOSCANO Conimbricēsis Academiae splendori fulgentissimo, facultatis medicæ iubari splendidissimo Vespertinae Cathedrae regenti eximio.



12148

CONIMBRICÆ, *Sup. permisso.*

Ex Typis Viduae Emmanuelis de Carvalho Universitatis Typographi: Anno Dñi 1666.

Lucia de Marcel de Iguencdo Mercader de livros

M. F. T. H. O. D. V. S.
M. T. B. E. N. D. I. F. R. A. N. C. I. S. C. I.

Vall. & Co. in Paris Philippi

M. H. P. Regis Medicus

mi. Ad eundem Re-

gem potentill

num

OFFERT. NOBILISSIMO D.

D. ANTONIO MOURAM

Torano Com. bricis Acad.

mae splendori subiecti mo.

culatris medicae in part. splen-

dissimi Vespertinae

Carthage regē-

ti eximio.

COMITRICK. sup. parvula

Ex Typis Libr. Imperialis de Civitate Uni-

versitatis Typographi Anno Domini 1766.

Paris de la rue de la Harpe à l'angle de la rue de la

L I C E N C I A S .

O Padre Mestre Fr. Nuno Viegas Qualificador do Santo officio veja o livro de que se faz menção, & informe com seu parecer. Lisboa 16. de Outubro de 1665.

*Pacheco. Souza. Fr. P. de Magalhães. Rocha.
Mag. de Menezes. D. Verissimo de Lãcastro.*

NO livro intitulado Methodo de Valezio não achei couza contra a fe ou bons costumes: Lisboa Carmo 16. de Novembro 1665.

Fr. Nuno Viegas.

O Padre Doutor Ioão Gomes Qualificador do Santo Officio veja o livro de que se faz menção, & informe com seu parecer. Lisboa 17. de Novembro de 1665.

*Pacheco. Souza. Fr. P. de Magalhães. Rocha.
D. Verissimo de Lancastro.*

VI este livro intitulado, Methodus medendi Francisci Valefij, & não achei nelle couza algũa contra nossa Santa fe, ou bons costumes. Lisboa no Collegio da Companhia de IESV em 31. de Janeiro de 1666.

Doutor Ioão Gomes.

Vistas as informações pode se imprimir o livro de que se faz menção, & depois de impresso

L I C E N C A S .

presso tornarà ao Conselho pera se conferir com
o original, & se dar licença pera correr, & sem
ella não correrà. Lisboa 5. de Fevereiro de 1666

*Pacheco. Souza. Fr. P. de Magalhães. Rocha,
Mag. de Menezes. D. Verissimo de Lancastra.*

P Ode-se imprimir. Lisboa 16. Mayo de
1666.

Fr. Bispo de Targa.

P Ode-se imprimir vistas as licenças do Ordina-
rio, & S. Officio, & impresso tornarà a esta
meza pera se taxar, & sem isso não correrà. Lis-
boa 17. de Mayo de 1666.

Monteyro. Mag. de Menezes. Lemos. Miranda.

V Isto estar conforme com o original pode
correr este livro, cujo titulo he *Methodus me-
dendi Francisci Vallesij*. Lisboa 3. de Dezembro de
1666.

Pacheco. Fr. Pedro de Mag. Rocha.

T Axam este livro em sete vintês em papel.
Lisboa 11. de Dezembro de 1666.

*Monteyro. Antonio de Souza. Mag. de Menezes.
Lemos. Miranda.*

NOBILISSIMO D.
D. ANTONIO MOVRAM
TOSCANO Conimbricensis Acade-
miæ splendori fulgentissimo fa-
cultatis medicæ iubari splē-
didissimo, Vespertinæ
Cathedræ regen-
ti eximio.



*NON diu mihi deliberandū fuit
de patrono, cui Valesij metho-
dum nuncuparem, ubi primū
mihi in mentem subijsti, omnes
enim, quas animo volue tam,
rationes Te unum in hujusce methodi patro-
num seligebant: scilicet cui nomini, nisi Tuo,
ego multis Tibi devinctus nominibus, multif-
que obstrictus beneficijs, hunc laborem conse-
crarem? Ingrati animi reus essem, si, quando
parem beneficijs à Te mihi collatis gratiam
referre non possum, saltem gratias non habe-
rem. Et cui curadi methodus iure diceretur,
nisi Conimbricensium medicorum Principi,
in quo solem tuum, vel suum Apollinem*

*Conimbricensis suspicit Medicina: Praefigatur
ergo nobilissimum nomen Tuum in fronte hu-
jus libelli, ut qui illum in manus sumere non
grauentur, eximia sapientiae Tuae admonean-
tur, & meum erga Te gratum animum per-
legant primo in vestibulo depictum. Vale
Nobilissime Domine, sisque felicissimus, ut
nimium exopto.*

Addictissimus Tibi

Emmanuel de Figueiredo Bibliop.

PETRVS ALPHONSVS

ab Arte Medicus, Lectori S.



ABES Candide Lector celeberrimi medici Francisci Vallesij breviculam, sed doctrina, & eruditione refertam medendi methodum, in qua tradenda elegantissima, & plusquam dici potest artificiosa etiam methodo est usus. Inuenies autem (modo eam attento legas ac relegas animo) sub facili ac laconico stylo, quidquid longissima Galeni methodus continet, atque multa alia, ad medicinam faciendam omnino necessaria, quæ & tempus, & hujus viri prudentia insignis inuenere. Hæc vero oculatius introspecta, ac repetita decies dabit doctis quod discant, quod exosculentur, quod admirentur denique, & stupeant. Hanc ergo, singulas sententias expendens, diurna nocturna que manu versa, & præter alia poteris, nulla in re ab scopo aberrans, speciales quæcunque methodos (quas vocant practicas) eoluere: ex quibus aliàs non leue periculum instat. Eademque Socratem, & aliam singulosque alios tuto & cito curabis. Quod si ex-

pla

plura desideras habes libros omnes Hippocra-
tis de morbis vulgaribus, etiam doctissimis
huius viri commentarijs illustratos. Nam
medica praxis methodo, & singulorum exē-
plis traditur melius quam [ut fit] per mor-
borum species. Adiecimus tui gratia copio-
sum indicem, & annotationes marginales, ut
tibi sit non absconditus thesaurus. Vale.

LIBER hic in quatuor divisus est.
Primus continet victum egrotantium.
Secundus, rationem curandi per indicationes
simplices. Tertius, per compositas, & cum
aliquid eorum qua indicare possunt nos later.
Quartus, occasiones curandi, & abstinendi a
curacionibus.

METHODI

MEDENDI FRANCIS-

ci Valisij Covarrubiani, Phi-

lippi. II. Medici Primi.

Liber. I.

Cap. Primum.



VRANDI Methodus fert ratio, generatim tradi potest, & speciatim. Sunt enim quædam præceptiones, quæ spectant, ad morbi simpliciter, curationem: quædam quæ ad singulos: atque illæ quidem

communes sunt morbis omnibus: hæc suo quæque propriæ. Constat verò, has non posse illis esse contrarias, sed aliquid præterea adijcere, communi methodo semper salva: quia illud ipsum quod adijcitur in ratione communi, continetur. Nam & ipsæ morborum species, phrenitis, pleuritis, & podagra, differentias proprias adhibent ad morbi genus. Ipsa verò morbi ratio eadem est in omnibus. Velut igitur genus non nisi in speciebus existit: neque in ipsis speciebus quidquam est extra genus: ita neque communis methodus exerceri potest nisi in singulorum curationibus: ne-

*Singulorum
curationes
sub communi
methodo continetur.*

A

que

que in his est quod non contineatur in ipsa methodo: hæc verò in illis exercetur, & fidem habet.

Primum igitur expedit rationem medendi discere univèrsim, idque maximi momenti in arte esse, putare deinde ad singulorum descendere curationes: quod erit facillimum ei, qui quam nunc instituimus doctrinam rectè tenuerit. Ea incipit à cognitione finis, ut omnis alia ars factiva, aut activa, atque adeò omnis prudentia. Ejus enim cognitio ducit ad inventionem mediorum. Nam cum finis cuiuscunque artis sit bonum aliquod, & eius cognitio sui contrarij præstet notitiam, velut rectum obliqui: & ejus boni, quod in fine est, fruitio, eiusdem actione, & contrarij demolitione comparetur, ipsam bonum & malum, & ea quibus constat, aut foietur utrumque, rectè perspecta, indicationem faciunt eorum, quæ nata sunt, illud servare, & hoc corrumpere: velut nunc, quia finis Medici sanitas est, huicque contrariū est morbus, perquirunt ea quibus sanitas constat, & ea quæ morbum inferunt, ac conservant: hæcque illi per suas ipsorum notiones indicant, quibus agendis sanitas servari, & morbus tolli possit. Ea igitur in quæ oculos mentis intēdimus, scopos: ipsas verò insinuationes agendorum, indicationes: illa autem quæ agenda sunt, vocamus auxilia, quod agrotis auxiliari nata sint, atque adeò, cum & ut oportet adhibita auxiliantur. En igitur via, cui incipi-

ratio me
medendi
primū di-
scēda uni-
versim.

Omnis
prudentia
incipit à fi-
nis cogni-
tione.

Finis ar-
tiū sem-
per est bo-
nū aliquod

Finis me-
dici san-
tas.

Scopus
quid, &
indicatio.

Auxilia
quæ sunt.

mus

mus insistere: accessi verò ad scribendum hunc librum, non quod sperem, eum cum Galeni methodo certare posse, sed ut suo quisque profitemodo, & suo seruiat tempori. Nam cum quævis ætas novas afferat dubitationes, novis etiam ratiocinationibus opus habet: præterquam quod ille suo more dedit prolixiorem, ego meo contractiorem dabo. Neque sane in cuiusquam odium, aut aliquos refutandi cupiditate, (ut fortè non deerunt qui suspicentur,) sed bono animo, & in gratiam atque utilitatem omnium; eorum verò maxime, quos non obstrinxit ulla dogmatica prætervia. Constat verò, me etiam id tacente, neminem posse ad hanc tractationem utiliter accedere, qui non antea noverit, quæ ad hominis naturam spectant: elementa, dico, & temperamenta, & partium structuram: virtutes quoque quibus corpora reguntur: succorum & spirituum vim. Quid etiam & quod duplex sit morbus; causa morbi, & symptoma, & quæ hac circumstant. Sufficientem etiam notitiam habuerit materiæ medicinalis, longè verò maiorem facultatum illius: Ips ergo quæ à me alibi, & à Galenò priùs ac exactius, monstrata sunt, nunc petitis, compendiarium methodi medendi tractationem aggrediar. Qua qui instructus satis sit, rectè, ac citra erroris periculum, poterit per quascunque practicas tractationes decurrere: ipse quoque quasi peritus construendi, ex quacunque silva materiæ diligere, ac decidere.

Quæ causa scribitur hac methodo.

Ante tractationem methodi noscendas esse res naturales non naturales. & præternaturam.

Methodo instructus non dicitur à cõmunibus practicis.

Caput Secundum.

Victu & auxilijs omnis curatio constat.

Auxilia qua dicuntur, & quid victus.

Tres partes practicae.

Sanitas sola dietica conservatur.

Præcautio quid.

Victu, pharmacia, & chyrurgia uti mur in curandis morbis.



Mnis curatio, & quid quid medicus circa ægotantem molitur, constat victu & auxilijs: voco enim nunc auxilia, quæcunque præter victum, ob morbos præsentés aut imminentes auxiliandi gratia adhibentur: victum verò moderationem earum rerum, quibus sani & ægotiæquæ utuntur. Auxilia verò partim consistunt in medicamentis, partim in chirurgia, seu manuum opera. Vnde fiunt tres partes practicae, dietica, pharmaceutica, & chyrurgica. Sanitatis tutela, quæ optima medicinae pars est, solius est dieticae, siquid enim aliud non dum ægotantibus consulitur, ad præcautionem spectat magis, quàm sanitatis custodiam. Præcautio verò medium quid est inter conservationem & curationem, ac proinde cum utraqûe se inserit: nam & qui tuetur sanitatem, & qui morbos curat, crebra utitur præcautione. Morborum autem curatio de qua nunc agere incipimus, dictas omnes partes conjungit: quæ non ita separatæ sunt, ut non sit utendum omnibus ad eisdem morbos, sed singulis ad quosdam. Nam rectè victus institutio ad morbum omnem est necessaria, utcunqûe curetur: pharmacia & chyrurgia vix est ulla curatio, quæ non conjungatur nam & ulcera, quæ maximè chyrurgica sunt, curantur & emplastris, quin & corporis expurgatione

ne indigent: & raræ febres sunt, quæ non aut se-
cari venam, aut scarificari cutem, aut incidi ab-
cessum, si quis forte fiat, postulent: quæ omnia
sunt chyrurgica. Itaque partes hæ practicæ ita
sunt coniunctæ, ut simul morborum plurimorû
curationes compleant. Harum præstantissima
est victus institutio, quia sine ea curari nullus
morbus potest ad multorum verò curationem ea
sola sufficit, atque cum sufficit, cum minimo na-
turæ dispendio sanat. Proinde, etsi dictæ tres
partes diversæ sunt, & diversas de illis gravissimi
autores instituerunt tractationes, nos de solo vi-
ctu ægrotantium quædam prælibantes per capi-
ta, omnia deinceps conectemus, quæ ad peculia-
riter vocatam curationem spectant, hoc est, me-
dicamenta & manum operam. Quia quod ad
methodum, & curantis intentiones attinet, eadē
profsus pars est. Quæ enim eas maximè separat
manualis industria, usu magis comparatur, quam
præceptionibus universalibus discitur.

*Victus
præstan-
tissima
practicæ
pars.*

Caput Tertium.

VICTVS Itaque institutio, est mode-
ratio earum, rerum, quibus necessario
utitur ad vitæ custodiã, maxima qui-
dem cibi & potus, cum quibus & edo-
res intelliguntur, nutrientes: qui cibum sunt,
& sapes indicant. Post hæc autem & motus ac
quietis aeris nos ambientis, passionum animi, &

*Victus
influitio
sex rebus,
non natu-
ralibus
constat.*

Peculiariter dicta curatio quibus rebus agatur.

eorum quæ excernuntur ac retinentur. His enim sex generibus continentur res omnes, quas non possumus effugere, quin ab eis necessario ac semper patiamur, sic aut aliter. Quia propter eis uti (etsi non eodem modo) communis sanis & ægrotis est. Consuevimus verò illud quod ægrotantium solum gratia agitur, peculiariter curationem appellare. Ita igitur nuncupata curatio agitur medicamentis, sectione aut uestione. Nam ut in aphorismo dicitur, quæ non sanant medicamenta, sanat ferrum, quæ non sanat ferrum sanat ignis. Porro medicamenta, aut interiorius accipiuntur, infunduntur, aut immittuntur. Accipiuntur potiones, eclegmata, boli, trochisci, catapota, & condita. Infunduntur, clysteres seu ani, seu uteri, seu vesicæ. Immittuntur pessæ & glandes. Exteriorius admoventur, balnea, embrocæ, seu irrigationes, illitiones, cerata, unguenta, cataplasmata, emplastra, spadrapi, lamine, ferulæ, lintei, & si quæ sunt alia. Sectiones sunt partium præcisiones, ut digiti, aut præputij, aut supercrescentis, vel emorientis ubique carnis. Aut incisiones, hæcque vel ventrium, ut vesicæ aut uteri, vel vasorum, ut venarum aut arteriarum: vel abcessuum ubicumque, consistant: vel cæcis, huiusque solius: aut cum subjecta carne, velut quæ vocantur scarificationes, quæ profundæ esse possunt, aut sublimes. Aut transfixiones, ut quæ aguntur acubus ad consuendum, aut laqueandum. Vstiones, aut sunt penetrantes, ut cum abscessus alti rumpuntur igne,

igne, aut ipsa ossa uruntur; aut inuisiones solum, ut quibus fiunt cutanea ulcera, aut uisione dissipatur tantum superflans caro. Ratio faciendi hæc omnia, & parandi, ac componendi medicamenta, demandata est chyrurgis, & seplaharijs, & familiaribus ministris. Spectat uero ad medicum recte imperare, atq; agnoscere, an illi recte exequatur: quare nisi eas, quæ de singulis sunt apud graves auctores, peculiare tractationes, perlegerit, & administrationibus interfuerit, methodo, quã instituimus, uti non poterit exactè. Intentiones enim agendorum, quas scopi indicabunt, rectè tenens, deficiet in singularibus, quorum notitiã, experimentis & usu, necesse est comparari. Methodus enim intentiones curantis solum dirigere promittit. Non sunt autem hæc, quæ ante methodũ disci, uelut quæ nuper diximus, oportet. Quinimo huius partis præceptis imbutum, ad opera artis accedere, est maximè expediens, ut quis summus in arte eueat. Methodus autem, seu via agendorum indicatur, ut dictum est, à fine. Is enim est cuius gratia inventa sunt omnia artis opera, & instrumenta. Ab illo igitur rursus sermone exordiamur.

Capud Quartum.

DICTA Omnia moliantur medici circa ægrotantes, non aliorum, quam ut eos à morbis liberent, & ad sanitatẽ reducant: non possunt autem libera-

Medici est
rectè im-
perare. Et
quæ impe-
rit an re-
ctè fiant
agnoscere

re, nisi vires servent: tum quia si facultas deficit, morietur homo, antequam extingatur morbus; tum quia facultas est, quæ præcipuè morbos curat, & utitur medicamentis: medicus verò illi servit, subministrans auxilia. Igitur medico duplex est propositus finis, servare facultatem, & tollere morbum. Servatur facultas, servatis, retentisque rebus, quæ sunt homini secundum naturam, hoc est, temperamento, partibus, succis, & spiritibus. Hæc verò refectione, quæ accedit ex idoneis, cibo & potu, & commodo usu rerum omnium necessariorum. Ita enim appello eas, quas nulla ratio vitandi est, quas iam numeravimus.

Facultas servatur, servatis rebus naturalibus hæc verò ex idoneo usu rerum non naturalium.

Morbus quomodo extinguitur.

Symptoma quomodo curatur.

Causæ morbi quomodo auferantur.

Morbus extinguitur, per se, aut ablatione causæ. Ita etiam & symptomata, per se, aut ablatione morbi. Symptomata enim, quæ pathognomonica non sunt, seu propria atque inseparabilia, tolli possunt manente morbo. Nam & umbra tollitur manente corpore, cum ex adverso obijcitur lumen. Vt autem umbra manere non potest elevato corpore, ita neque symptomata sine morbo. Causæ quoque tolli possunt per se, aut ablatione priorum. Nam plerisque morbis sunt causæ plures, aliæ alijs priores. Habent ergo hæc in re posteriores ad priores, ut ad ipsas morbi, & symptomata ad morbos. Tollentur ergo illæ cum his, ut cum illis morbi, & cum morbis symptomata. In ipsis etiam symptomate aliquando idem ordo est, pendetque aliud ex

alio

alio, atque cum illo tollitur, ut cum dolore per-
 vigiliam, quod ab eo nascitur. Per se autem tol-
 litur horum quodcumque, objectione contrarij,
 velut umbra objectu luminis. Itaque tota Me-
 thodus curandi redigitur in illud axioma, con-
 traria contrarium sunt remedia. Sive enim mor-
 bum, sive causam, sive symptoma, per se impug-
 nas, contrarium illi obijcis. Sin autem moliris,
 ut cum alio cadat, velut symptoma cum priori,
 aut cum morbo, aut hic cum causa, aut hac cum
 alia priori, illi alteri obijcis contrarium. Itaque
 huc redit tota medendi ars, qua ad versus res no-
 xias, & quæ præter naturam sunt pugnamus.
 Quoniam verò deficiente vita nullus curationi
 locus est, & eorum quæ circa corpora utiditer la-
 guntur, præcipua causa est ipsa natura, & ut effi-
 ciens, & ut finis necesse est dum res quæ præter
 naturam sunt tollimus, naturales servare, studea-
 mus. Ut autem illæ tolluntur contrarijs, ita hæc
 servantur similibus: quia ut contrariorum est
 corrumpere, ita similibus servare. Petit autem
 natura, non minus quàm quæ similia, immò plus
 etiam, quæ consuetæ. Nihil enim fert gravius
 quàm consuetudinis mutationem: ac tanto ma-
 gis quanto magis fit repentina. Cujus rei exem-
 pla, ex vulgo cognitis experimentis, congeren-
 tes Hippocrates, & Galenus integros consump-
 sere libros. Morbi contra, ut contraria sibi ita
 petunt homini desuetæ. Quo fit, ut quæ mor-
 bos curant, raro non sint molestæ, ut pharmaca,

*Contraria
 contrarijs
 curantur.*

*Naturalia
 servantur
 similibus,
 & consue-
 tis.*

*Quæ mor-
 bos curant
 molestæ,
 quoniam
 desuetæ.*

&

& alia per bonam valetudinem insolita: quæ san-
nitatem servant, suavia, ut boni consuetique cibi,
& victus totus ad normam, & consuetudinem
sanorum comparatus, & nihil extremum repen-
te adiciens.

Caput Quintum.

VM Igitur res quæ in medici confi-
derationem veniunt, sint triplices: na-
turales, non naturales, & præter natu-
ram. Naturales conservat medicus;
contrarias, quæ tales semper vellet extinguere,
non naturalibus utitur: indeque accipit materiã
agendorum. Cùm ergo conservatio omnis à si-
milibus, & corruptio sit à contrarijs, res natu-
rales servat usu similium, res præter naturam, curat
contrarijs, ex non naturalibus verò accipit simi-
lia illa & contraria. Nam cum res non naturales,
id est, quæ neque naturæ nostræ conjunctæ sunt,
ut nostri partes, earumque idonea compositio,
ac continuitas: & virtutes atque unde hæ nascun-
tur, temperamenta; & qui hæc servant succi &
spiritus: neque omnino præter naturam, ut mor-
bi, & eorum causæ, atque accidentia: sed exter-
na quædam sint duplices: aliæ quæ perpetuo nos
alterant, ac necessario, quarum antea non semel
meminimus: sex, inquam, illa genera quibus cõ-
stat victus: aliæ quæ neq; necessario, neque sem-
per sed aliquando, & casu quodam, ut gladius,
ignis, lapis, aut pharmacum, & quæcunq; per-
cellere

*Res natu-
rales du-
plices sunt
differente.*

gellere possunt sensus, ut clamores ferientes, aut *Sanctas*
 de mulcentes: odores iocundi aut graves: colo- *servatur*
 res extremi aut medio cres, ac reliquæ patibiles *sola mode*
 qualitates (his enim omnibus utimur ad quædã, *ratione re*
 & ab eis evenit pati corpora) primo quidem ge- *rũ non na*
 nere utimur solo adtuenda valetudinẽ, (quia *turalium*
 ea cum omnis morbus ab est, sola moderatione *que perpe*
 illarum rerum servatur) utroque autem ad cu- *tuo nos*
 randos morbos quia & victum moderamur, & *alterant.*
 pharmaca adhibemus, & causas violentas arcere *Morbi*
 curamus, atque cum res fert, his ipsis pro auxi- *verò curã*
 lijs utimur, ut ferro & igne. Itaque materiam *tur his &*
 omnium agendorum suppediant nobis res ex- *alijs que*
 ternæ. *non sepe*

Caput Sextum.

DV O Ergo primi scopi sunt, in quos *alterant.*
 curantis oculi intenduntur, facultas, *Facultas*
 & morbus: illa petit se servari: hic tol- *& morbus*
 li. Cum facultate intelligimus res om- *duo primi*
 nes naturales, & inter has consuetudinem, quia *scopi.*
 quia eodem modo indicant, puta servari se. Cũ *Consuetu-*
 morbo res omnes præter naturam, quia ut illæ *do servã-*
 indicant, se scilicet tolli. Nimirum, quia illa sunt *da ut res*
 per se, ac semper bona, hæc contra, mal semper. *naturales.*
 Res externæ, quia neutrum sunt per se non ha- *Res exter-*
 bent certas indicationes, ac perpetuas, sed indi- *na nõ ha-*
 cant ut illæ, quarum conditionem sequuntur, *bent certas*
 bonæ scilicet, aut malæ existentes, ut proceden- *indicatio-*
 te sermone patebit. Proinde quidam nolunt *nes.*

eas

Coindicantia eas in indicantibus ponere: distinguntque in-
tra & *co-* dicantia à coindicantibus, & hæc utraque à con-
tra indi- tra indicantibus. Mihi non videtur ea arguties
eantia sicut necessaria. Nam coindicare, & contraindicare,
in.tra.ilia. indicare est. Non placet eorum ingenium, qui
 im mutantes verba, gloria tur, quasi aliquid arti
 utile adiecerint. Sed nihil intèret, loquantur
 ut iubet, modo res nobis maneat integra.

Facultas Facultas itaque est quæ petit cibum non mor-
petit cibū bus: quia facultas servatur cibo, morbus augetur
non mor- (si quando enim cibus morbo occurrit, rationem
bus. habet medicamenti alterantis, aut replentis) cō-
Morbus tra, morbus petit auxilia, non facultas. Quia ille
petit au- curatur auxilijs, hæc debilitatur eorum usu. Ve-
xilia, non rum quia res non potest transigi sine utrisque
facultas. cibus inquam, & auxilijs, neque propter morbū
 omnino abstinemus à cibo, neque propter facultatem
 ab auxilijs: sed uti quam paucis cibo,
 per facultatem, & quam paucis auxilijs, per mor-
 bum licet. Neque cibi itaque plus quam necesse
Facultas sit, quo facultas bene ac sine periculo duret, do-
& morbus nec morbus concoquatur, & corpus expurge-
cibi, & au- tur, dabimus: neque auxilijs utemur pluribus
xiliorum quam opus sit, ut homo liberetur, & quam facultas
quantitate ferre possit. Hocque est, quod quantitatem
tem desi- utrorumque definit. Si enim res tota posset tra-
niri. sigi sine ullo cibo, & sine ullis remedijs, id esset
 quam maxime optandam. Sed quia id fieri non
 potest, methodo quadam tradi oportet modum
 in veniendi vicium cum quo agrotus durare pos-
 sit

sit donec morbus judicetur, ne prius deficiat.
 Constat verò tanto minus posse hominem susti- *Met. edus*
 nere cibi detractonem, quanto indiget pluri. *cil ardi in*
 Ut autem pluri cibo, quis indigeat quam alius, *morbis.*
 aut ex morbo evenit, aut ex ipso homine, aut ex
 externis: & in ipso quidem morbo, aut ex con-
 stitutione, aut ex specie. Ex constitutione, eua
 quo is futurus est longior, eo crassiori victu est *Constitu-*
 opus, ut scilicet in dies plures possit sufficere. Er- *tio morbi*
 go necesse est eum qui agrotantibus recte insti- *ecognoscē-*
 tuturus victum sit, artem praenoscere di cuiuscue *ca ad ci-*
 morbi constitutionem, ex alijs translationibus *bi m.*
 didicisse: mox nosse, tanto indulgentius agen-
 dum à principio esse, quanto morbus videatur *In longis*
 futurus longior. Contra ac imperiti & impro- *morbis*
 vidi facere solent: qui cum futurorum nullam *plus cibi*
 habeant providentiam, & in acutis, citius ac plus *dandum*
 videant facultatem affici, & multis ac crebris *à princi-*
 symptomatis urgeri, facultati timentes, agrotos *pio.*
 incipiunt mox ingurgitare: contra per initia lō-
 gorum, nullis symptomatis territi, & vires om-
 nes parum sentientes suo cassas robore, victum
 audent nimis extenuare: postea, cum longius
 quam putaverant, vident morbos protrahi, in-
 dia longitudinem timentes, coguntur augere
 cibos: primum quidem subtractione vires ante
 tempus debilitari sinentes deinde adjectione
 obstantes succorum concectioni: cum tamen
 contra oporteret facere: in principio, inquam,
 morbi, dare cibi plus, procedente autem conco-
 ctione,

Morbi tē-
pus per se
nullū pos-
cit cibum.

Non om-
nes morbi
partes pro-
hibet aq;
cibum.

Plus cibi
dādum in
principio
omnium
morborum
& plus in
inremen-
to quam
summo
vigore, &
quacausa.

ctione, & eunte in iudicationem morbo, sensim
detrahere, ea celeritate, qua morbi ipsius dura-
tio contrahitur. Non quod ipsum morbi tem-
pus per se poscat cibum ullum. Si enim verē di-
ctum est, morbum nullum cibum petere, & mor-
bi tempora ipsæ morbi partes sunt, seu ipse mor-
bus, increascens, stans, aut decreascens, constat neq;
tempus ejus ullum, cibum vllum petere posse.
Morbus enim totus, & omnes eius partes cibum
omnem prohibent dari. Verūm & si totus mor-
bus prohibet, non omnes eius partes prohibent
æque, sed eæ in quibus concoctiones naturam
magis occupant, prohibent magis: in quibus ve-
rò adhuc à concoctionibus natura vaccat, pro-
hibent minus. Quæ verò minus prohibent, ma-
gis permittunt. Ob succorum ergo alterationes
permittunt morborum principia, cum non dum
natura concoctionem aggressa est, dari plus cibi,
quam incrementa, & hæc, quam summi vigores.
Nam morborum qui ex materia pendent, tem-
pora concoctione & cruditate præcipue distin-
gui, & cum venosi generis sunt eas alterationes
spectari in urina, esseque principium, cum nulla
concoctio est manifesta: statum in quo maximè
ea viget: incrementum, in quo ipsa quoque in-
creascit, ex prioribus tractationibus nosse oportet.
Neque verò solūm ob concoctionem suc-
corum agendum est ut diximus, dandum scilicet
in principio plus, in vigore minus, in incremen-
to detrahendum, sed ob ipsam facultatem: quia
hæc

hæc tanto magis periclitatur detracto cibo in principio quàm posterius, quanto plus superest transigendum. Cibum ergo dari sola facultas petit, tamen eius quantitatem simul cum facultate indicat morbi tempus, non quidem per se, ac petens, sed propter facultatem, & permittens. An nondum ob hæc indicent ullo modo morbi tempora cibi quantitatem, illi disputent, qui in ludo tempus ludunt: mihi res ipsa dicta est, dari debere plus cibi in principio, quam sequentibus temporibus, atque eo plus quo morbus futurus est longior, atque detrahendum cibo, ut morbus crescit. Ex specie etiam morbi quantitatis cibi indicatio quædam est. Nam cum cibi datur ob facultatem per se, ut explicatum est, quo morbi suapte natura fortiolem facultatem desiderant ut vincatur, eo plus cibi dari postulant, aut cogunt, aut permittunt, denique eo plus dari in illis debet. (Nam de nominibus non cõtendo) & quo partes affectæ minus cibum sustinere possunt, eo minus permittunt dari. Igitur in ijs morbis, quorum materia intra thoracem consistit, laucius aliquanto agendum est, quam cum naturalia instrumenta excrementis obidentur: quia cum neutri solvi possint sine concoctione & expulsionione, & concoctio in utrisque solas desideret vires naturales, expulsio in illis naturalibus, & animales desiderat, in his naturales solas. Nam quæ intra thoracem sunt, non aliter quam tussiendo rejici possunt. Tussis verò per

*Facultas
& morbi
tempus ci-
bi quanti-
tatem de-
finit.*

*Ex specie
morbi cibi
quantitas
indicatur
quodam
modo.*

*Partes af-
fectæ quæ
tuate cibi
definiunt.*

*Agendum
lautius in
morbis
thoracis
quam cum
naturalia
instrumē-
talia ho-
rât, & qua
causa.*

vehe-

vehementem expirationem agitur, & magna musculorum apposita vi. Si igitur eos qui ita laborant, finas plus satis percipi detractionem laqueescere; eveniet, ut concocta materia, sola impotentia execrandi, moriantur. Quod non raro evenit, aut ob sanguinem improbe missum, aut victum extreme extenuatum. Cum itaque per alios morbos solum sit opus naturalibus viribus, animalibus verò minimè; nec nisi ad facilem solum respirationem: per hos autem animales etiã opus sit fervari, ad tussis vehementiam, constat hac causa dandum esse his cibi plus laborantibus verò hypochondriorum, atque aliarum partium morbis, minus. Porro inter hos dandum est minimum, quibus affectio est in ventriculo: quia cum ipsa affecta pars primam ac maximam cibi commutationem sit effectura, & cum crudis simo colluctatura, constat eam maximè à cibola sum iri, atque ideò, eum morbum cibum minimè permittere, eaque causa dandum minimè, nisi aliunde orta necessitas cogat illius noxę oblivisci. Ex morbo igitur hæc sunt indicationes.

In ipso homine duo sunt, quæ quantitatẽ indicant natura, & consuetudo. Nam quibus plurimum est calidi, sive id ætatis, sive innata temperiei est, plurimo ea causa indigente alimento, quia à paucis exolvantur, ideoque minus est per morbos illis detrahendum, contrarij plus. Differunt verò hæc dubie temperamentum ætatis, & innatum, tametsi id quibusdam amicis persuadere

Minus cibi dandum cum laborat ventriculus, quam cum alia naturalia membra, & qua ratione.

Hominis natura, & consuetudo quantitatẽ cibi indicant.

dere non possum; si quidem sunt eadem ætate homines, longè diversis temperamentis, & eodem temperamento longè diversis ætatibus. Ille fortasse putant, me dicere, habere hominem, duo illa temperamenta, ut duo crura, aut duos oculos.

Didicisse oportet ex prima philosophia mores eiusdem & diversi. Cur autem quibus calidi est plurimum, & facultas coq̄ mutandi fortis dato paucò cibo exolvantur, causa est, quod cum ea facultas naturalis sit neque possit presente materia cessare, oblato exiguo cibo, exurit excrementa, quæ in officinis necessario sunt aliqua, à quibus nostra mox substantia exurit, ac liquefit: & ipsum cibum ad eò exiguum, pro concoctione corrumpit, ac viciat. Nimirum ratio quædam esse debet efficientis causa & materia. Nam quæcumque ad ignem lentum densata coquuntur, & dulcescunt, ad ardentiorē viciantur, fiuntque amara, & fumida. Hæ noxæ accidunt ex cibo omnino exiguo aut tenui omnibus qui calore abundant, sive ex natura, sive ex anni tempore. Quibus vero id calidum innatum est, ut puerulis, accedit alia, dissipatio scilicet facilius ab externis causis ob substantiæ mollicem. Ob hæc & externarum causarum diximus esse hic quædam considerationem, ut temporis, cui similis etiam est regionis differentia. Hyems enim, & ver ventres hominum facit esse calidiores, ac proinde pluri cibo indigere, ut puerorum, scilicet, & adolescentium, ætas & autumnus, ut in venum,

Quæ causa exolvatur multum quibus facultas commutanda est fortis & calidi plurimum dato paucò cibo.

Temporis, & regionis ratio habenda ad cibi quantitatem.

& senum, quorum hi jejunium ferunt facillimè: illi meliùs quàm qui crescunt, & si non, ut quorù corpora jam deferuent, & incrementa cōsistant. Itaque in definienda cibi quantitate magna ratio haberi debet naturæ. Non minor autem, im-
 mò verò & maior & prior consuetudinis. Quia hæc omnium rerum est naturæ gratissima, neque unquam per morbos mutanda: neque per bonã valetudinem, nisi paulatim, & cum homo a negotijs vaccat sibi. Quia repentinæ mutationes sunt nocentissimæ. Ut igitur in alia omni victus parte servanda per morbos consuetudo est, in somno, inquam, & motu, & aere, & evacuationibus, & si quæ sunt alia: ita vel maxime in cibi quantitate, de qua nunc agimus. Quod vulgus medicorù non considerans, ægrotis omnibus eisdem cibos tribuit, pullorum gallinaceorum carnes, aut recentia ova: cum magis extenuat, olera cocta, aut fructus autumnales assos, aut lotũ panem, aut musculum gallinæ. Et eorum quidam hæc alij alia semper præbent: quidam semper vituperant. Quidam sunt Sarcophobi, quidam Sarcophili: cum nihil horum, neque verò aliud quippiam in arte debeat esse perpetuum, sed quidvis agi opportunè, velut nunc, si duo febricitare incipiant, alter assuetus vesci duabus libris arietinæ quotidie, aut singulis arietinæ, & bovinæ, aut denique cibis cum his conferendis, alius verò sola libra arietinæ, aut pro hac gallina non veteri, aut ex utrisque cibo cum libra conferendo:

*Consuetudo cibi
 quantitate
 indicat,
 & qua
 causa.*

do : certè perinde fit illi incipiente morbo dare arietinæ coctæ libram, atque huic selibram, aut pro ea pullum non exiguum. Detrahendus ergo cum fit cibus in omnibus morbis qui cum corporis impuritate conflunt, in diuturnioribus futuris detrahendus minus, in acutis multò plus, in mediocribus mediocriter, in omnibus verò ad proportionem, ex eo quo consuetum. Velut in morbo futuro longo satis fit partem alteram detrahere: in futuro acuto simpliciter, qui tres septimanas, aut quatuor non fit superaturus, duas tertias: in acutissimo, qui que fit intra hebdomadam finiendus, ne sextam quidem partem forlasse relinques. Constat verò victui detrahi, aut quantitate imminuta, aut, hac manent, mutua substantia cibi in tenuiorem, aut utriusque. Velut si ei qui vescebatur arietinæ libra, ejusdem des selibram aut tertiam: consueto verò vesce vacina, aut caprina salita, des tantundem arietinæ, neque recens m: etia, neque sicca: tale: aut hujus etiam aliquanto minus quam carni duriorum accipere solebat: aut pro medico carnis arietinæ des tantundem pulli, aut pro duobus vitellis ovorum, olerum m: nupulum. Studendum itaque huic detr: ctioni, præter consuetudinem, quæ maximi hac in parte non erit, consideratione ætatis, naturæ, tenoris, & aliorum omnium, quæ etsi ad victum benevalentium magis videantur pertinere, in victu etiam ægrotantiû animadverti, & in consultationem vocari debet,

Cibus in morbis detrahendus habitus consuetudinis ratione.

Victui detrahitur aut quantitate imminuta, aut mutua substantia aut utriusque.

In detr: ctione cibo halenda ratio est consuetudinis ætatis, naturæ regionis, temporis & ut aliorum

ut nuper dictum est. Non igitur certi aliqui esse debent cibi agrotantium, neque crassus à tenui victu distingui, certa eorum substantia, aut quantitate, sed relatione ad id quod consuetum, & naturæ, tempori, ac regioni congruens, detractioe maiori aut minori facta, ut morbus præiucabitur futurus longior aut brevior, secundum quantitatem aut substantiam seu qualitatem. Extenuatur enim victus, imminuta quantitate, aut qualitate mutata, ut explicatum est. Sed de quantitate seorsum iam dicamus.

Caput Septimum.

Cibi qualitas, oportunitas & utendi modus.

Cibi qualitates duplices quædam ut cibis, quædam ut medicamentis insunt.

QVANDO quidem in cibis non solum quantitas spectanda est, sed qualitas etiam, & quando seu oportunitas & utendi, modus, quæ ad hæc pertinent adijcienda sunt. Quantitas (ut dictum est) definitur à facultate, & morbo, illa petente, hoc permittente. Qualitates cibi duplices sunt, quædam enim illi ut cibo insunt mero: quædam ut habet aliquid medicamentosi. Cibo namque, qua tali, accidit esse coctum facili aut difficili: tenuis aut crassi: boni aut mali: succi: multi aut pauci nutritivi: facili aut difficilis descensus: quæ medicamentoso autem accidit esse calido aut frigido, humido aut sicco, adstringenti aut laxanti, extenuanti, apperienti, aut facienti contraria. Nam priora illa accidunt illi, quæ aliquid patitur:

patitur; posteriora, quæ aliquid facit. Est autem
 alimenti pati: medicamenti, facere aliquid. Cui
 naturæ quævis dictarum qualitatum aptetur,
 quales singuli cibi sint, non est præsentis tracta-
 tionis, sed ex alijs, quæ de alimentorum ac medi-
 camentorum facultate sunt, & ex eorum histo-
 ria oportet didicisse, nunc quibus quales dandi
 sint, docemus. Imprimis, qui boni succi, ijs qui
 mali, semper sunt præferendi: neque enim ex bo-
 no succo ulla noxa esse potest. Faciles concoctu,
 & tenuis succi, & facilis descensus, plerun-
 que præstant contrarijs. In his tamen animadversio-
 nibus quibusdam opus est. Nam consueti vesci
 concoctu durioribus, & aliqui robusto calidoq;
 ventriculo hominibus, non sine noxa datur co-
 coctu valde facilis, quia vitiatur (quæ causa d. Et
 antea est) & ventriculus citius quam expedit
 inanitus, excrementa undique trahit, quæ mul-
 torum malignorūque symptomatum causa fiunt.
 Talibus ergo, si non qualis per bonam valetudi-
 nem, tamen detur crassiusculus, ac non mi-
 quam etiam satis crassus, ut res petet. Iam vero
 qui obtenuitatem succorum exolvuntur, aut la-
 borant tenuissimis fluxionibus, ut ad thoracem
 quidam, alij ad ventrem superiorem, aut etiam
 inferiorem; alij ad oculum, atque nonnunquam
 ad articulos, non gaudent cibus tenuis succi, sed
 crassi, suilla, arietum, aut etiam suum pedibus, por-
 celorum cerebro, & amilo. Quibus alvus plus se-
 tis laxa est, tardi descensus debere esse cibos, ut

Ante me-
 dendi me-
 thod. no-
 scenda
 sunt facul-
 tates ali-
 mentorū.
 & medi-
 camento-
 rum.

Calidis
 ventricu-
 lis nō sine
 noxa da-
 tur cibus
 valde fa-
 cilis con-
 coctu.

Qui sunt
 qui non
 gaudent
 cibus te-
 nuis succi.
 Ijs qui ad
 no laxa
 sunt qui
 etiam
 niant.

*Cibus multus
alimenti
quibus con-
veniat.*

*Multum
cibi ex quo
exiguum
accedat
alimenti
quibus con-
veniat.*

*Libr. de
aliment.
De medi-
camentosis
cibi qua-
litatibus.
a. Cali-
diora ali-
menta ca-
lidioribus
naturis in
affectu fri-
gido, frigi-
diora vero
frigidiori-
bus natu-
ris in cali-*

vitella ovorum dura, sorba, & cotoneorum car-
nes, notum est satis. Cibus multi alimenti tunc
dari debet, cum corpus desiderat plus quam ve-
ter potest concicere, ut quibus est concoctrix
debilis, & alimenti indigentia multa. His enim
ut exiguum sufficiat, valde nutriens cibus dari
debet, ut vitella ovorum sorbilia, pistillo tussæ
carnes caponum, aut gallinarum lacte nutritarum,
& gallinaceorum testiculi. Contra quibus ven-
ter in istis affertus, aut robustus multa petit, cor-
pus vero exigua nutritione indiget, dari debet
multum ex quo accedat alimenti exiguum, ut
magna copia olerum. In his dixit Hippocrates
meliolem esse molem, quam virtutem. De his
itaque qualitatibus hactenus. De medicamentosis,
& primis, scias qualitate cibi, ut & aëris, &
aliam omnium rerum non naturalium, esse
debere temperamento egroti (cum quo & con-
suetudinem intelligimus) similem, & morbo
contrariam. Nam febricitantibus cibus humi-
dus, & frigidus convenit hydropicis siccus &
calidus, a tanto plus, quanto contigerit hos esse
calidiores, & sicciores, illos frigidiores, & humi-
diores: b tanto minus, quanto ad contraria incli-
naverint, febricitantes, dico, ad calorem, & siccita-
tatem, hydropici ad frigus, & humiditatem. Cō-
tra ac vulgus medicorum consuevit facere, c qui
quasi naturas curent, non morbos, calidis augment
frigida frigidis calida, ea solum causa non insigni-
ter lædentes, quod consuetudo, qua servanda
ante

ante omnia est, plerunque est contraria natura. *do affectu*
 Raro enim non assuescunt sua sponte frigidi ca- *cōveniūt.*
 lidis, & calidi frigidis. Si autem eveniat (evenit
 autem aliquando) febricitatem natura calidum *b. Minus*
 calidis assuetum esse, ut meri potuit, alijs, & con- *frigida a-*
 dimentis cum aromatum copia, elegantis medici *limēta ca-*
 est, & qui methodum veram curandi callet, hunc *lidioribus*
 tanto minus frigidis alere quanto est calidior, & *naturis in*
 calidioribus assuetus: quia tanto minor est is ex- *affectu ca-*
 cessus, quā apparet, quanto plus habet natura- *lido, mi-*
 lis. Eadem ratio est aliorum morborum qui in *nus verō*
 intemperie habent essentiam. Sed de hoc exa- *calida fra-*
 ctius procedente sermone dicetur, ut & de alijs *gidioribus*
 qualitatibus quæ vocantur secundæ, cū ad in- *naturis in*
 dicationes curatorias pervenerimus. Nūc enim *affectu fra-*
 obiter, quod coniunctum est cum victus institu- *gido con-*
 tione, tetigimus. *veniunt.*

Caput Octavum.



QUOD ad modum utendi attinet: *non mor-*
 d imprimis quoad fieri possit, servanda *bos, cali-*
 est consuetudo: deinde videndum, ut *diora fra-*
 cibus morbum minimè augeat, & à fa- *gidioribus*
 cultate meliùs superetur. Cum enim cibi non *frigidiore*
 seipfos commutent, indigent facultate, à qua cō- *verō colli-*
 mutantur. Proinde cū facultas ob debilitatem *dioribus cō-*
 quidem petit cibum, sed ob hanc ipsam non po- *veniunt.*
 test sustinere, datur minori quantitate pluries. *Libro 3.*
 Contrà, ubi facultas est valida, datur maiori *Cap. 4.*

d. *Qui* quantitate rariùs. Maiori quidem quantitate,
modus in quia ut indicatum antea est, ratio quædam esse
cibus. debet cibi ad facultatem, ut neque debili detur

Quando multam, neque forti exiguum nimis. Illud enim
plures, & cruditatem, hoc corruptionem malam facit. Mul-
minori tum ergo datur talibus, ut rectè conficiant. Ra-
quantita- rariùs verò, quia possunt etiam sustinere jejunium.
te datur Itaque, ut morbo fiat satis, & quod ob robur ad-
cibus. iectam est, raritate compensatur. Vtunque au-
 tem, bono ordine offerantur. Si varietas ciborù

Quando vitari non potest, aut aliqui utilis est, velut ad
rariùs, & appetentiam sæpe, & ut suavius recepta melius
maiori concoquantur. Is autem ordo est, ut cibi tenues,
quãtitate. & facilis descensus antecedant, nisi in paucis

Aliquan- quibusdam, morbis, in quibus retentioni magis
do varie- studere opus est.
tas ciborù

Vitari non
potest.

Cibi faci-
lis descen-
sus, & te-
nues ante-
cedant.

I. capit. 6.

Quando
tenuissi-
mo cibo sit
ut edam à
principio.

Caput Nonum.

TEMPORIS autem duplex est cõ-
 sideratio, universalis, scilicet & horæ
 diei. De universali quidem tempore
 morbi, disputantes de quantitate, dixi-
 mus, in summo vigore abstinendum maximè, in
 principio minime, & detrahendum paulatim. Id
 quod in omnibus morbis qui à materia pendet,
 agendum est, præterquam in ijs, quos excitant
 fluxiones (hujusmodi sunt phlegmones, & harù
 timore ulcera, & omnes catarahi) aut incipiunt
 à facietate: in quibus tenuissimè est agendum
 initio,

Initio, ut, scilicet, ita solvatur facietas, & sistatur fluxio, quæ morbum sunt causæ. Quo pacto autem morbi tempora cibum petant, cum id Galenus neget, explicatum prius est. In hora verò cibi, servanda, si possit, consuetudo est, capiendusque qua per sanitatem consuevit. Sin autem figura morbi id prohibeat, cavenda est hora exacerbationis. Nam Hippocrate autore, in accessionibus cibum dare, noxium est. Totam ergo accessionem, si fieri potest, cavebimus, sin minus usque ad inclinationem. Quod si ne id quidem licet, saltem accessionis vitabimus initium, & tres ante illud horas, nisi in picrocholis qui animo linquantur, ob acrem bilem ea hora affatim in os ventriculi concurrentem, nisi quid cibi recentis ibi sit, à quo, commissa hebetetur, in his enim dilatus, ut in alijs febricitantibus solet, cibus, sepe pro intermittente continuam, & pro febre simplici atque cum sudore, si daretur cibus in initio solvenda, syncopalem: & pro salutari lethalem febrem fecit. Datus verò in ipsa accessionis hora aliquando non solum hæc pericula prohibet, sed ipsam etiam febrem antevertit. Hoc autem fit, ut dixi maxime in picrocholis, quod nomen his præcipue tribuitur, quibus os ventriculi à bile mordetur. Sed & in alijs, quibus moveri incipit bilis, non tam multa crassa & putris, quam paucæ tenuis & valde usta ac fumosa: quæ mordere incipientes partes sentientes, multi pungi, & horro-

Cap. 6. De
hora cibi.

1. Aph. 11

Initium
deterius
accessionis
tempus
ad cibum.

Cibi dilatio in picrocholis
quas noxas afferat.

Cibationis dilatio alibi
quando in alijs, qui picrocholi non sunt etiam noxia.

re incipiunt: & eadem, cibo aliquo mox, oblato, ut forte pane ex vino diluto, attemperata, horrore desinunt, atque omnino febricitare. Quid mirum, cum & ab epilepsia præservari eveniat dato cibo, eos, qui oris ventriculi consensu corripuntur, sæpius verò cephalæa. In his igitur nõ est servandus ille solemnis modus cibandi: immo modandum antequam ingruat accessio, quod si jam ingruerit, in ipsa inuasionè, atque ea clapsa, iusta summum vigorem, qui ut inclinè, sæpe necessarius est cibus, atque si quam maximè inclinare cœperit, tamen ut solvatur febris, est non rarò necessarius in talibus. Constat verò hoc raro ac vix unquam, nisi natura valde calidis & siccis accidere, quia huic solum naturæ videtur esse congruens. Cum tamen non semper laboretur morbis naturæ congruentibus, sed aliquando etiam valde in congruentibus, & tunc quidem gravius, constat non esse solum hoc agendum in calidissimis ac siccissimis naturis, ita affectis, ut plærunque autores incautè definiunt, sed in ijs etiam qui natura sunt moderatiori, si præter naturam ita affectos esse contigerit. Nam hæc cibandi forma curationem continet. Curatio verò indicatur ab eo quod præternaturam quis habet, non ab eo quod naturaliter. Esse autem non pro cibo solo, sed & pro medicamento, constat, cum non detur in ea occasione, & gratia refficiendi solum vires, sed retundendi acrimoniam succorum. Petitur ergo ab eorum acrimonia, quam

*Aliquan-
do nocet
cibi dile-
ctio etiam
his qui nõ
sunt natu-
ra calidis-
sima & sic-
cissima.*

ubi contigerit esse tantum, ac talem, maximè cū sensus ventriculi acutie, perinde indicabit, etsi totus homo, non adeo siccus & calidus, & gracilis natura sit. Cibi itaque exhibendi hæ sunt regulæ.

Caput Decimum.

PE Potu dicamus. Ejus per se duo usus sunt, vehere alimentum, & solari sitim: quæ cū appetitus frigidi & humidum sit, constat potum debere esse frigidum & humidum: tenuem verò & fluxilem, ut deducat alimenta. Alere verò, aut aliter corpus afficere, per se non est potus, etsi aliquibus accidit potabilibus, non quâ talibus. Nam quæ alunt, fami occurrunt potius quàm siti, aut non huic soli. Quæ alios usus exhibent, medicamenta sunt. Igitur verè potus, ac nihil aliud quam potus sola aqua frigida est: quia tenuis, fluxilis: frigida & humida, & nihil nutriens, neque præter dictos duos, & quæ inde sequuntur, ullum usum corpori præstans. Alia omnia quæ potantur, aut potiones medicinales sunt, ut decocta, & succi, sive expressi sive stillatitij, & quæ nunc vocantur serapia: ut cibi simul atque potus, seu, ut Hippocrates alicubi dicit alimenta humida, ut vinum, lac, & juscula. Atqui, quoniam non omnium naturæ ferunt aquam solam, & multi capiuntur vini suavitate, plerique utuntur ejus potu, plus aut minus diluti, ut cujusque sunt na-

Potus vehit alimē
tū & so-
latur si-
tim.

Alere non
est per se
potus.

Sola aqua
frigida est
verè potus

tura,

tura & mores. Sunt etiam qui solius aquæ cruditatem, & vini, quæ neque pauca sunt, neque exigua, incommoda timentes, de cocto aliquo uti consueverunt, ut fortè cassiæ lignæ, anisi,

Aqua sola aut *medicata* *vinum* *merum*, aut *dilutum* *potiones sunt* *infusæ* *usu*
 aut *medicamentum* (solo enim lacte, non nisi barbaræ quædam gentes, uti perhibentur) aqua, sola aut medicata, vinum, merum aut dilutum. Atque hæc prima differentia consueti potus est, quæ accipitur ab illius substantia. Hic igitur sit primus delectus potionis, quæ propinanda ægrotanti est. Videndum enim primum cui aquam solam & inalteratam, cui medicatam des, & quæ: cui vinum & quam dilutum. Deinde consideranda quantitas: cui largum, cui parcum: mox qualitas, cui gelidum, atque, si copia sit, ad modum nivis, cui calidum, cui suffrigidum, ac medicocrem: mox dandi tempus, ante, an inter, an post cibum, an longè ab illis. In his omnibus magnam vim habet consuetudo, quia inveteratam permutare, præcipuè repente, grave semper est facultati. Proinde medicus prudens consuetudinem perquirat, hominis cujusque, & familiæ, & gentis. Est enim cum in eisdem æqualibusque morbis, eorumque eisdem temporibus, & nativis temperamentis haud appertè diversis, alteri aqua sola, alteri vinum, alteri medicata aliqua potio rectè propinetur, ob differentiam solius consuetudinis: ubi, scilicet, aliæ indicationes non magni adeo momenti sunt. Quæ

finis

sint ergo illa quæ nos possunt adducere ad permutandam consuetudinem, oportet dicamus, & quomodo illis in consultationem vocatis, variare debeamus. Imprimis morbi species, & materia attendenda, deinde tempus, postremo accidentia. Non possis autem videre, quid quidque horum petat, (nolo enim mihi simpliciter ac sine monstratione dicenti, fidem adhiberi) nisi perspectum habeas, quid quæque dictarum portionum possit facere, utile, aut noxium. Hæc igitur seorsum perquiramus.

Caput Undecimum.



QV A Calorem extinguit: siccitatem morbosam moderatur: fumes in caput euntes, reprimat, & succos omnes in quiete continet, fluxiones propter ea cohibet: hæcque gelida magis facit quam calida. (præter humectationem, hæc enim tepidæ magis est) tamen concoctiones, & citotum, & morborum tardat, in hypochondrijs moratur, nisi sit optima: inflatus solvitur: ventrem distendit: neque urinas, neque sudores promovet facultate ulla medicinali, neque aliter, quam sua substantia, quæ fluendo vehit & cibos, & eorum reliquias, aut ex accidenti aliquando extincta febre. Vinum contra, concoctiones juvat, facile præterit, urinas & sudores promovet, & insensibiles evaporationes: reficit etiã brevissime vires, solatur

exhi-

- Vixi inco-*
moda. exhilaratque cor. Calnfacit tamē, & fumos emit-
tit in caput, fluxionesque omnes commouet, &
auget, quare & phlegmonas, & dolores omnes
qui ex illis nascuntur. Poriones medicatæ, & de-
cocta varios præstare usus possunt, pro natura
ejus quod incoctum est, aut admistum, siue, scili-
cet refrigerat, & humectat, & exterget, ut prisa-
na, & decoctum hordei, siue diureticum est, ut
apij aut feniculi: siue aromaticum est, gratum-
que ventriculo, coctionem iuvat, & putredinem
emendat, ut cassiæ vel cinamoni, siue quid aliud
facit. Omnino autem elixatio aquam, si quid vi-
tij habet, emendat (præterquam si sit salsa, aut a-
mara) nam tenuiorem facit; cum aqua coctilis
propriè non sit, ut possit crassescere, & minus
flatuosam, resolvens insensibiliter partes, infla-
tus crassos abire paratas. Largus potus fluxiones
auget, sero replet venas, ex tenuat succos, ac pro-
inde concoctionem impedit: ventriculum &
hypochondria distendit: tamen evacuationes
per urinas, & sudorem, ac nonnunquam per al-
uum promouet, & excreationem crassorum fa-
ciliorem reddit, atque abundantius humectat
corpora: Parcus contra, siccatur, inerasat, reten-
tionem & concoctionem iuvat, flatu minuit: ta-
men evacuationes omnes detinet, bilem reddit
acriorem, & minus solatur sitim. Gelidus potus
magis attemperat, proinde sitim, & excrementorū
acrimoniam melius occurrit: tamen concoctiones
magis impedit (nisi ex accideri in quibus igneū
extin-

extinguit calorem. In talibus enim nihil ad cō-
 coctionem utilius, quam gelida prandium clau-
 dere) evacuationes minus promovet, exanguēs
 partes, ut intestina, nervos, dentes, spinalem me-
 dullam, & articulos, quin & thoracem lædit. In-
 flammationes, si quæ sunt internæ, magis incrudat.
 Ante cibos potus inutilis est, raro tamen, & ob
 æstum vetriculi, qui fastidium affert, necessarius: *Cui ante*
 inter cibos est utilis ad idoneam permissionem: *cibum vel*
 post cibum ad descensum in ventriculi fundum: *inter ci-*
 ijs maximè, quibus œsophagus est angustus. Qui- *bos, vel*
 busdam verò facere solet intempestivum descē- *post sit uti-*
 sum ad intestina, aut vomitum. His dari debet *lis aut na-*
 multo post cibos (cum scilicet jam descensus erit *xius potus.*
 *tempestivus) nullus autem in ipso prandio. *bid*

Caput Duodecesimum.

Vinum



MGITVR indicatione morbi neq; *quibus no-*
 febricitantibus, neque inflammatio- *ceat, &*
 ne laborantibus, aut alioqui calida *qua perio-*
 intemperie partis insignis, neque *ne loco*
 catarrhosis, neque articularibus mor- *eius urēdū*
 bis, neque ardore urinæ affectis, vinum dari de- *indicatio-*
 bet: sed, si ventriculus meram aquam ferre non *ne morbi.*
 possit, decoctum aliquod illi gratum, & accom- *Quibus*
 modatum morbo. Ijs verò qui pluri quam opus *vinū con-*
 est, utuntur cibo: refectionem autem, & vires *veniat in-*
 non adeò sentiunt, sive id intemperie ventricu- *dicazione*
 li, ut per vocatam bulimiam, sive cum non dum *morbi.*
 malum

malum adeo creverit: intemperantia hominis, fiat, potu vini uti consultum est. Aqua enim, quia nihil nutrit corpora, & ventriculum refrigerat, vorax est: vinum contra nutriens, & calfaciens, voracitatem minuit. Frigus enim ventriculi, accedente præcipue (ut solet) aciditate crudorum, quæ ibi per eam intemperiem congeruntur: & alimenti defectum causas esse famis nimix, alibi demonstratum est. Indicatione causæ, qui bile syncera laborant, vinum non sustinent. Quod si his aqua ingrata est, ob oris amaritudinem, ut solet, infundi in eam aceti tantillum debet. Quia amaritudini resistit aciditas. Porro talibus si nullum habent membrum insigniter læsum, seu debile dari debet frigidior & copiosior, contra æ pituitosis. Indicatione temporis, quod ut diximus, materiæ alteratione præcipue diffinitur, per morborum initia, & cum adhuc materia cruda est, maxime est abstinendum à vino, & utendum parvo potu, eoque non frigido. Procedente autem jam morbo, & materiæ concessionem, minus habet noxæ, vinum aliquod concedere, & largiori potu, eoque frigidiori, ut. Nam in initio maximum fluxionis est periculum, & incertum quo succi decumbant, quod à vino maxime detret, & à largo potu. Periculum etiam est incrudationis phlegmoticæ, si quis subest, & suffocationis naturalis caloris, sub crudis adhuc excrementis, quod detret à frigido. Minime verò tunc opus est, urinas movere, aut sudorem, aut

evacu.

evacuationem ullam aliam, nisi fortè per ventrem, materia turgente, aut per eas quæ postea dicentur definitiones. In ventrem verò vinum non dirigit, neque ubi turgentia est, quidquã sit periculosius, quam illud. Igitur potus principij esse debet aqua, eaque pauca, neque gelida: procedente autem morbo & concoctione, inclinare jam incipit intentio medici ad laxationem corporum, concoctionis maturacionem, evacuationem, & attemperationem. Quare licet sensim transire ad vinum, & potum largiorem & frigidiorum: in inclinatione autem maximè tali potu utendum. Eadem quoque ratio est, temporum particularium cujusque accessionis: in inclinatione minimè, medijs temporibus mediocriter, abstinendum est à potu. Nimirum in accessionis initio astringuntur omnia, in inclinatione laxantur. Symptomata verò poterunt dictas indicationes interturbare. Nam dolor capitis, & cruditas acida, quocunque morbi tempore vinum dari prohibebit: deliquium animi, quocunque coget. Hæcque omnes indicationes, & si speculati, seorsum considerandæ, perpendendæque sunt tamen curanti simul occurrunt, suntque considerandæ simul, dandumque aliquid cuivis: plus autem maiori, nisi fortè aliqua urgeat summe: ita enim reliquæ, vel contemnantur. Ita videri contraria non debent, febricitantibus vinum denegari, & inclinantibus febribus concedi

In morbi principio potus sit aqua, & quanta ac qualis.

In augmento & statu quo potu utendum, ac declinatione.

In accessionibus quando abstinendum à potu, & quãdo non.

Indicatione symptomatum quando videri non utendum, vel non.

Indicatio-
ne partis
quo potu,
& quomo-
do sit uten-
dum exē-
plo mor-
borum
thoracis.

posse, alterum enim febris, alterum temporis indicatio est. Ita etiam etsi dictum est, in morbis ex materia pendentibus, cum ea iam incipit apparere cocta, transeundem esse ad potū largiorem & frigidiorē; si tamen intra thoracem sit, copia quidem augebitur plusquam si esset in venis & arterijs, frigus verò multò minus, aut etiam nihil, idque indicatione partis, quia scilicet pectus læditur facile à frigidis: indigent verò quæ in eo congesta sunt multa humiditate, quia non nisi tuſſiendo reiſci poſſunt, qua propter dilui poſtulant. Tamen hæc eādē parte affecta, & concoctione nondum apparente, utendum est potu, calido quidem semper, tunc tamen calidiori, pauciori verò, etiam quam in morbis venarum, quia pars ea magis exposita est fluxionibus, & protractione incoctionis maius affer periculum: excreandi verò nondum est tempus. Ita sunt omnia perpendenda, conferendaque: augenda aut minuenda quantitas, aut qualitas, mutandumque tempus, aut utendi modus: vel alterum pro altero accipiendum in usum. Velut in diabete, qui ex siccitate renum cum calore nascitur, utendum potu per paucos, frigidus tamen: ne copia retentionem prohibeat: qualitas verò renes, heparque contemperet. Verū hæc peculiare jam methodos attingunt, ut & alia omnia exempla. Quæ proinde in aliis translationibus dimittantur, nunc de ratione potan-

Exemplū
potus in
diabete.

di agrotos hæc sint generatim dicta. Nam neque de potu bene valentium, neque de eo qui loco medicamento suscipitur, ut cum vino curantur dolores oculorum, aut copioso potu gelidæ, febres, nunc fermo est, sed de eo solû qui agrotantibus propinatur, ut sedet sitim, & cibos deferat, quod potus propriè esse diximus: aut ut celerius reficiat, quod cibi humidus est. Ut autem potus facilius replet, hoc est citius nutrit quam cibus: ita adores quam potus, ut multis in locis dixit Hipp. Cum tamen sint odores duplices, quidam ciborum proprii, & saporum indices, velut carniû, panis, lactis, jusculorum, & vini: quidam rerum aliarum, ut rosæ, sambaci, musci, & ambra. Vtrique sane grati, aut ingrati sunt. Grati enim carniû asfarum aut elixarum, cum adhuc integræ sunt: ingrati, verò cum putrefactæ fetent. Grati etiâ galia & thimiamatis, ingrati, sagapeni, & lana ustæ. Et hi quidem delectant magis aut offendunt cerebrum, & cor & respirationis cava instrumenta: illi verò palatum & gulam atque adeò ipsum ventriculum, ut videantur re vera esse ipsimet sapes, in tenuiori substantia, vapore scilicet, qui est ipse succus extenuatus. Quo fit, ut boni suavetque appetentiâ excitent, & ventriculum nauseabundum sedent, mali verò vomitum cicant. Proinde illos ego ad aeris qualitates refero, ut & sonos, agamque de illis posterius: hi ad ciborum ge-

Odor citius nutrit quâ potus.

Odores duplices.

*Cibus tri-
plex, sic-
cus, humi-
dus & va-
porosus,
& quādo
utendum
uno quoq;
horum.*

nus referuntur melius, ut sit iam triplex cibus, siccus, humidus, & vaporosus. Vtemur ergo primo, cum facultas potest expectare tardiusculam refectionem, ut trium quatuorve horarum: cum verò intra horam refici petit, jusculum: cum statim, ut cum in delinquium fertur homo præ in anitione, potu vini (portionum enim hæc nutrit cellerrimè) & odore ejusdem & recens extracti furno panis, & porcinae assæ calentis. Quoniam autem quorū resectio celeris est, est etiam infirma, opus erit, hæc continenter agere, usque dum reparentur nonnihil vires, & parentur cibi nutrientiores, portiones quidem primùm, deinde, & solidi cibi. Hactenus de cibo & potu.

Caput Decimum tertium.

*De somno
& vigilia.*



OMNVS & vigilia, & si minus in potestate nostra sunt, quam cibus, & potus, motus & quies, est tamè etiam modus aliquis somni procurandi, & arcendi. Quare ejus quoque agrotis instituendi, sunt aliquæ præceptiones, ut deligendi aëris aut parandi: motusque animi provocandi aut compescendi, & excretiones omnes naturales (in quibus præcipuè venus est) vitandi, aut movendi. Sõnus igitur in lethargo, & alijs soporosis affectionibus, & insudorosis semper vitandus, quia semper dædit: in phreni-

*In quibus
affectibus
vitandus,
aut concili-
andus
sõnus. &
qua hora.*

phrenitide & dolorosis, & quæ cū alvi profu-
 vio vexant, semper conciliandus, quia semper
 cōfert. Sed quia neutrum potest æq; semper agi,
 neq; ægroti sustinet tā assiduā curationē, tunc
 est procurādus his somnus, cū vigilia maximē
 lædit: & permittēdus illis, cū excitatio maxi-
 me fatigat, hoc est, noctu, atq; si aliqua diei ho-
 ra consuevit homo per sanitatē dormire. Nam
 magnū momentum habet cōsuetudo eo tēpo-
 re dormiendi, quò vigilia plus, & somnus mi-
 nus lædat. Atq; idē in morbis, per quos neq;
 sopor, neq; pervigiliū præmit, neque alioqui
 circuitus exacerbationum, quales febres cōn-
 tinentes sunt, somni longitudo & tempus, se-
 cundum ægrotantis consuerudinem expetū-
 tur. In quibus autē morbis sunt accessiones, cū
 intermissione, aut sine illa intermissionē, aut
 pro ea, remissionis tempus, est somno opportu-
 nissimū: in vasionis verò tempora habent me-
 diocriter: ut quod ad horas accessionis attinet,
 eadem sint occasiones somno & potui, & cæ-
 dem incommoditates. In morbis præterea, qui
 cum capitis gravitate, aut fluxione consistunt,
 aut cum viscerum inflammatione: aut cum co-
 pia succorum suffocante innatum calidum:
 aut utcunque refrigeratio extremorum ad-
 est, abstinendum à somno, quoad fieri po-
 test, neque permittendum dormire, nisi quan-
 tum summa cogit necessitas. Nam somnus
 illa omnia auget, gravans caput, ad visce-

Consuetu-
do quomo-
do servā-
da in som-
no.

In morbis
in quibus
sunt acces-
siones quo-
tempore
dormien-
dam.

Quibus
morbis
nocet
somnus.

ra revocans, calidum suffocans, & effundi per artus prohibens. Contraria facit vigilia. Porro in febribus sudorosis malignis, (helodes vocabant veteres) in quibus vires sudando exolvuntur, somnus vitandus, ut qui sudorem auget, cum sit in causis humectantibus: in omnibus verò alvi pro fluxijs procurandus, quia dejectiones cohibet: idque si ve pro fluxium sit spontaneum, si ve à pharmaco: si tamen jam sistere velis: velut, si magis ducere, motus imperandus. Contrarius enim quo lammodo motus sono est, & similis vigiliæ; non tamen omnino. Non enim eisdem semper conveniunt quies & somnus, ne que vigilia & motus: neq; semper quibus quiescendum, dormiendum, ne que quibus vigilandum movendū est. Nam omnes capitis fluxiones & gravitates: & febrium invasiones amant quietem sine somno. Sed neque semper (tamen si id maximè videri possit necessarium) somnus quietem desiderat. Cum multis conciliet somnum quædam motitatio lecti pensilis, aut crepundiorum, qui sola quiete excitantur. Quod in pusillis quidem frequens est, in adultis verò ægrotantibus aliquando est consultum experiri. Quando igitur etsi valde videantur similes, neque somnus cum quiete, neque vigilia cum motu, semper congruit, necesse est, motus etiam & quies habeant proprias præceptiones: quæ ab utriusque utilitatibus & noxis melius, quam aliunde capi possunt.

*In alvi
pro fluxijs
somnia
procuran-
dus & qua
ratione.*

*Motus
non omni-
no est con-
trarius sō-
no, & vi-
gilia futu-
ris.*

*Somnus
non sem-
per desi-
derat
quietem.*

Caput Decimumquartum.



QUIES concoctionem juvat, & lassitudinem solvit, distributionem vero, & dissipationem per cutem, & reliquas omnes evacuationes retinet: ventilationem naturalis calidi minuit. Motus contra, juvat distributionem, & evacuationes, ventilatque calidum, tamen fluxiones movet, & spiritus animales absument. Igitur injungenda quies est, ubi lassari seu defatigari cœperit corpus & ubi concoquere expedit, & ubi fluxio in partem quampiam fieri incipit, aut timetur: maxime si in eam quâ motus ille exercet, ut si in crus à deambulatione, si in brachium à diggladiatione, si in pectus à clamoribus, cessandum. Movendum verò ubi evacuationes aliquas est opus ducere: velut cum dato pharmaco expurgatio nō satis procedit: atque cum valenter elicere sudorem expedit, ut in quibusdam gallica lue laborantium, qui post expurgationes per pharmaca vehementibus exercitationibus, ut ludo pilæ, aut cursu, aut jactu lapidum, sudando persanantur. Est verò in ijs qui toto corpore aque agrotant, utilissima exercitatio, quæ totum corpus aque movet (ut & bene valentibus) quo in genere maxime probatur ludus pilæ. Cum alicuius membri causa suscipitur, in morbi principio,

Quietis
& motus
& commoda
& incommoda.

Quibus
injungenda
quies.

Motus
quibus est
imperandum.

*Motus ve-
hemens
confert la-
borantibus
obstructione
visce-
rum.*

*Limatura
ferrilais.*

quæ contrariam partem, in fine quæ eadē ma-
ximè movet: velet initio podagræ movendæ
manus in fine crura, ob chyragram contra.
Confert etiam motus vehemens, cum obstru-
cta sunt viscera, & gravata erudis, ut hydropi-
cis, & qui in malum habitum periclitantur in-
cidere præ multitudine excrementorum, &
obstructionibus viscerum. Quod viris quidē
aliquando, mulieribus verò plerūque evenit,
tum, aliàs, tum maximè, cum menstruorum est
tempus, male autem, aut omnino non fluunt.
Hæc corpora oportet, ut Hippocrates autor
est, defatigari & sudare. Hinc natum est illud,
nullo minus præsentaneum auxilium, dandi
multis ordine diebus, cum motu multo & cō-
citato, pulverem ferri defecati, arte præparati,

Capitulum Decimumquintum.

Animi

*motus.
Solitudo
multum
obest ho-
minibus.
Bruta sol-
itudine
vacant &
ob id mag-
na ex par-
te sūt in-
colamiora.*



MODERANDI etiam animi motus,
est ars quædam. Quæ non minima
pars institutionis victus censerī de-
bet, sed ut quibusdam visum est, ma-
xima, quod novandi, & augendi morbos sit
causa frequentissima, cum male suscipiuntur ij
motus, prodesse autem etiam possit, cum bene.
Nimirum in causis non naturalibus sunt, quæ
ut eis quis utitur ita prodesse aut obesse pos-
sunt. Nihil autem firmitus hæret corpori, quā
quod venit ab animo: & hominibus quidem
obest

obest plurimum sua sollicitudo, qua quia vaccant bruta, magna ex parte sunt incolumiora. Motus verò hi etsi aliquando, alijs machinamentis cientur, aut cedantur ægrotantibus (ut certe musicis sonis, & cantilenis, quibus præstantissimi philosophi, non ad sedandum solùm præsentis affectus, sed ad formandum etiam & componendum mores, ut præceperunt) maximè autem sermonibus, qui coram ipsis habentur, aut non habentur. Quæ res omnium maximè facit rethoricam esse medicinæ partem quandam, seu illius ministram. Hujus enim artis est, dicendo animum audientis, quò vult trahere, sive amorem, sive timorem, sive pudorem incutere, sive animum facere vult, sive hilaritatè afferre, sive contristare, sive provocare ad iracundiam, sive placare. Facit vero hæc omnia medicus suo tempore, vocatque hanc Hippocrates œconomiam circa ægrotantes. Servit movendis affectibus etiam musica, ut dixi, aliquando paulo minus quam poetica, & rethorica, atque in aliquibus hominibus, æque, aut etiam plus ut cujusque est ingenium. Movemus verò hos affectus ægrotantibus, sæpe quidem ob aliud quidpiam, non rarò etiam propter sese. Ob aliud quidpiam, ut cum timorem mortis incutimus, ne audeant in victu delinquere, vel ut medico durius aliquid imperanti pareant. Cum, scilicet ob intemperantiam parvo victo utuntur, vel ob imprudenti-

Animi
affectus
ægrotantibus
movetur
maximè
sermonibus
ob
id rethorica
medicina
est
ministra.
6. Epid.
sect. 2. 36
Musica
affectus
mover.
Mortis
timorom
incurit
ægrotis
medicus
ne in victu
delinquat
aut ut
alias
medicinas
aut coparet.

Pudore re aut mollicem, curationem recusant. *Pudore*
vocantur etiam ipsos aliquando ad meliorem victum, &
agri ad obedientiam revocamus. Objectantes illa a-
medici o- nimi vitia, & aliorum exempla proponentes,
bedictiã. aut indignationem alicujus præstatoris. Pro-

Timor pter se se, ut timor ineutitur repentinus sin-
incuritur gultientibus, quo ille celer ad viscera spirituum
agris & recursus, flatum oris ventriculi discutiat, &
quibus de singultum solvat. Quia eadem ratione quidam
causis Ob tentaverunt, imminente quartanæ accessio-
singultu nem prohibere. Confert quoque cum esluē-

Ob quar- tem sanguinem, & spiritum, opus est introrsum
tanam. revocare, atque revocata retinere, ut per hæ

Ob hemor morrhagias, & animi deliquia. Neque minus
rhagias & confer, ad refringendam iram, ubi ea ægrotos
animi de- lædit. Quod in furentibus sæpe usu venit. Tris-
liquiu, & stitia rarò utilis est ægrotantibus, neque nisi
ad irã re- quibus ex repentino aliquo gaudio periculũ
fringẽdã. imminet deliquij animi. Aut quibus ex gau-

Tristitia dio nonnunquam succedit pervigilium: ijs
quando u- enim tristitia somnum conciliat, exolvẽs gau-
tilis ægro- dium, quod evigilare facit. Lætitia semper
tristibus. (paucis exceptis) procuranda est, quia nisi cũ

Lætitia, nimia est, & repentina, vires omnes reddit ve-
quã non getiores: vitales quidem primũ, cor dilatans,
nimia est, & ventilans: naturales verò & animales per
sẽper pro- sympathiam. Motus ergo voluntarius facit a-
curanda, lacriores, & nutritionem partium feliciorẽ.

& quare. Maxime autem procuranda lætitia est, in me-
 lancholicis passionibus, quia earum sympto-

maticis

matis proprijs est contraria. Ira quoque utili- *Ira quan-*
 ter provocatur, quoties calor exiguus sub *do utiliter*
 multis crudis succis periclitatur suffocari. A- *provoca-*
 mori etiam quum quis præ illo insanit prudē- *tur.*
 ter obijcitur, si qua ratione in eam quam amat, *Amori*
 possit concitari odium. Nam sine odio ira pa- *odiū con-*
 tum confert aliquando etiam augendæ passio- *citatur.*
 nis occasio est.

Caput Decimum sextum.



VENUS in sanitatis tutela sæpe u-
 tilis, in curandis morbis raro, quia
 vires plurimum exolvit. Utiles tamē
 ea quoque est in morbis pen-
 dentibus ex suppressione seminis, qui mulie-
 res sæpius afficiunt, quam viros, sed hos quo-
 que aliquando. Utiles etiam nonnunquam in
 alijs morbis ex multa pituita, quia siccat valē-
 ter. Rarillimè tamen hæc curatio tentanda,
 quia vix in adeo excrementosis possunt ita
 constare vires.

*Venus qui
 bus morbis
 utilis.*

Caput Decimum septimum.



AERIS Qui nos ambit differentia
 sunt in calore, frigore, humore, aut
 siccitate: lumine aut tenebra, puri-
 tate aut impuritate. Voco impuri-
 tatem aeris, malignam illam affectionem, per
 quam

*Aeris qui
 nos ambit
 differentia.
 Aeris im-*

*puritas
 qua dica-
 tur, & ex
 quibus
 causa na-
 quam scitur.*

quam insalubrior, quam pro manifesta intemperie aliquando esse deprehenditur, plus aut minus, ac non nunquam pestilens. Quod aliquando ex manifesta causa nascitur, ut ex putridarum lacunarum vicinia aut multitudine cadaverum, aut sordium colluvione: aliquando ex occultiori causa, sive cœlesti, sive aerea, ex antecedentibus orta intemperiebus. Primæ quidem differentiæ consistunt in tempore & loco, & artificioso aparato. Nam in æstate aer calidus est cum siccitate: in hyeme frigidus cum humore, medijs temporibus, medio cris. Non solum autem hanc aut illam esse anni partem refert, sed etiam multò magis, qualis contingat tempestas, quod in pluvijs & ventis præcipuè consideratur, ut pluat an non, si natus, an tranquillitas: perfletur terra borea, qui frigidus & siccus, atque tenuis est, an austro, qui calidus & humidus & crassus: an mediocrium aliquo, qui ut ab his dissident, ita ad mediocritatem accedunt. Loci differentia est similis tempori. Nam in Lybia est ut in æstate, ut in hyeme in Scytia. Vt autem in adeo dissidentibus terræ tractibus maxima differentia est, in urbibus, oppidis, & vicis non longè distantibus est sæpe insignis differentia, quod montana & sublimis, aut humilis & campestris terra sit, huc aut illi flatui exposita. Quin & in eadem oppido domus à domo, & in eadem domo cubiculum à cubiculo differt temperie

*s. frigoris
aut caloris
humid.
aut sicc.*

*Tempestas
vehementer
mutat
aeris intemperiem.*

*Loci differentia
variatur aer,
etiam cum
non longa
est distantia.*

non

non inevidenter. Quin & in eodem cubiculo, cubile positum, siue ad ianuam, siue ad hanc aut illam fenestram, siue ad angulum spectet, differentiam facit non contenendam. Sūt qui caput ad orientem spectare, utile, ad occidentem verò noxium esse putent. Quod succi in nostris corporibus cum sole voluantur, periculosum verò sit à pedibus eos agi in caput. Sed ista vertigo rerum omnium cum sole, in ijs quæ iuxta terram sunt, haud quaquam sentitur. Et cum causam non referant ad temperiem ambientis, non est id de quo nunc agimus, neque ut ego censeo, momenti ullius. Apparatus artificiosus est, ut porta & fenestræ clausæ aut apertæ sint, omnes aut quædã, quæ ad hunc flatum spectant, aut illum. Rigatum sit pavementum aut aridum, tecti aut nudi parietes. Lectus quoque sub papillione cortinis & tapetibus, aut pateas undique. Ipsum quoque corpus agroti pluribus aut paucioribus, tenuioribus aut crassioribus stragulis cõtegatur. Suffiatur aer calidis, aut alteretur dispersis frigidis herbis, floribus, aut ramis, unde temperiem, quam volumus, obtineat, & utilem spiraret odorem, quod nos ad aeris qualitatem referimus. Dixi autem utile, quia non semper qui gratior, est etiam utilior, potest enim esse vehementior, quam agroti caput ferat, vel calidior (ita enim voco eum qui effertur ex re calida) quam presens postulet affectio,

Caput cubantis ad orientem aut occidentem spectare non est alicuius momenti.

ii. Cubiculi artificiosus apparatus.

Gratus odor & utilis differunt.

ru effectus affectio, vel peculiari hominis naturæ adver-
ac admirā sus. Est enim hac in re mira varietas. Idem
di pro pe- odor hunc recreat, & illum strangulat, alium
culari ho- quasi dissolvit, nulla evidenti causa, sed pro-
minum na- prietate. Paretur ergo aer cuique, pro sua na-
tura. tura, & præsentis dispositione. Alii rosas sparge

Temporis aut violas, ali folia vitis, ali thimum, aut liba-
differentia nothim, ut secundum dictas considerationes
non est in res exiget. Temporis differentia non est in
medici ele medici electione. Neque enim possis pro tuo
ctione. arbitrato facere, ut quis a state aut hyeme fe-

Loci, & bricitet, aut catarrho labores: neque ut pluat,
oppidi aut serenet: hic aut ille ventus perfleret. Sed ne-
mutandi que regio, neque oppidum ubi quis præven-
regula. tus morbo acuto est, mutari facile potest, sed

Dispositio ferenda conditio loci in quo quis capit acutè
neutra lō- agrotaro. Multis enim ita affectorum occasio
ga, & lē- moriendi trāslatio fuit, qui alioqui cum quie-
tus morbi te curati, liberarentur: tamen horum etiam
in gressus quibusdā productio dispositionis neutræ, aut
mutandi lentus morbi, alioqui futuri acuti, ingressus, de-
loci causa ligendi oppidi in quo de cuberent, potesta-
sunt, & tem fecit neque sane tunc agitur imprudēter,
quando. cū ad nullam rem magis quàm ad agrotan-

Ad perfe- dum oporteat omnia esse accommodatissima,
redā agri quæ ad agrotum, assidentes attinent, & exter-
ti dinē om na. In longis morbis & qui deciderunt ex a-
nia debēt cutis, si qua ratione adversus esse sentiatur,
esse acom- mutari potest, & debet, cum commodiori. Sed
modatissi- & ob solam morbi prolixitatem, etsi in loco
ma. morbi

morbi causa aperte non fit, merito tētur eius mutatio cum alio, si fieri possit, salubriori, fin minus, gratiori, ut fortē patrio, quo hylaritas inde accedens, morbi molestiam levet. Vnde nonnunquam via ad salutem videtur aperiri. atque adeò, quia aliquando noxa aeris, in quo agrotatur, non tam apparet, quam est re vera, in alium etsi melior esse non videatur, salubris mutatio est. Non tamen proinde in eum etiā qui natura peior, ut Celsus vult, quod pessimum (inquit) semper cœlum fit, quod agrum fecit: neque enim morbi causa bene semper in cœlum præsens rejicitur, cum ea unica sit ex multis quæ nos possunt lædere. A domo in domum transferre agrotantes non est difficile, faciendumque sæpe etiam si quis acutē febricitet, si alia longē commodior se exhibeat. Tamen tunc quoque consulendæ vires sunt: quarendaque hora maximè opportuna, quæ scilicet sit agro levissima. Et ipsa p̄ se minimè intempesta. In eadem domo, qua quis ægrotare incipit optimum deligere cubiculum, & lectum accommodatissima parte collocare, parareque omnia, ut maximè expedit, consultissimum est. Ergo tempus anni, & conditionem tempestatatis, quæ tunc est, & regionem & urbē, & per morbos acutos, non considerat medicus ut eligat, considerare vero nihilominus debet, ut ijs quæ necessario sunt aliter quā vellet, ipse alias causas, quæ in sua electio-

In longis morbis mutatio loci utilis & quādo. Noxa aeris aliquādo non tā apparet quam re vera est.

Cœlum unica est ex multis causis quæ nos possunt lædere.

Transferendi sunt agrotantes de domo in domum sæpe & e cubiculo in cubiculū & quæ causa, & quæ hora.

a. Quara ne sunt, opponat. Vt si aestas est, & regio cali-
ne cōsi- da, vellet autem frigidas, alia omnia ad conci-
derat me- liandum frigus comparentur: si autem hyems
dicus tem & frigida regio, ad calorem: quantum scilicet,
pus anni illa, quam morbus & natura ægrotantis vellēt,
conditiōne sunt frigiora aut calidiora. Itaq; ea omnia quo-
presentis rum est electio, ad ingentiam ægroti compo-
tepestatis, net: reliqua horum oppositione temperabit,
regionem, ut ex omnibus ijs qui expetit, temperiei ae-
Et urbem ris, modus, quo ad fieri possit nascatur. Quid
in acutis autem horum velle medicus debeat, aut nolle,
morbis. & qui ejus deliberationis sint scopi, nondum
 diximus. Imprimis, saluberrimum esse aerem,

*Qualis
debeat
esse aer.*

*Puritatis
aeris ha-
benda est
cura in
omnibus
morbis pu-
tridis.*

*Ægrotan-
tium cubi-
culi non sē-
per sint un-
dequaque
occlusi.*

limpidum, minimeque putrefactum, semper
 expedit: in salubrem, putidum, pestilentem,
 semper averfatur. Proinde consulit omnibus,
 decedere à regione, ab urbe, à vico, à domo
 pestilente, & ipsos ægrotantes, si potest, transfere
 in aerem puriorem, & ab aliorum cōsortio, sui &
 illorum causa, separat, in domum so-
 lam, patulam, & perflabilem, suffitibus & irri-
 gationibus putrescentiam cohibentibus uti-
 tur. Neque tamen solum in pestilentibus puri-
 tatis aeris habenda est cura, sed & in alijs om-
 nibus morbis putridis, semper aliqua. Consul-
 tissimum enim est ægrotantium cubiculos, nō
 semper undequaque conclusos sinere, et si quā
 maximē id morbus petat, sed aliquantisper a-
 perta aliqua fenestra ventilare, ut aer aere ex-
 purgetur. Quod semper quidem ægrotis est
 gratum

gratum & utile : aliquando verò etiã necel-
larium, ne plurimum aucta putredo, maligna
fiat. Quamquam autem purus aer semper ex-
petitur. neque calidus, neque frigidus, neque
humidus, neque siccus, semper, sed pro medici
intentione. Nam in quò morbo, & occasione
animus est temperando curare, debet aerem
trahere in còtrarium, ut pro calidis affectibus
frigidus, pro frigidis calidus, pro humidis sic-
cus, pro siccis humidus fiat. Cum animus est
coquere, aut per insensilem halitum, aut sudo-
rem vacuare, calidum: cum densare corpora,
vel spiritus, aut sistere sanguinis fluxiones, ut
in ijs qui linquantur animo, frigidum facere.
Subvenit enim tunc aer, ut potus frigidus. Er-
go ubi febris vehementia plurimum urget, om-
nia debent transferri ad frigidum. Sed in ijs
ipsis febribus, cum invadunt, abstinendum à
refrigeratione est, & calfaciendum pro indige-
ntia: & in universali morborum principio, stu-
dendum calefactioni, abstinendumque ab ap-
paratu frigido, multo magis, quàm euntibus fe-
bribus in judicationem, idque etsi febres in ar-
dentibus sint. Itaque ut est ad hanc rem mag-
na differentia morbi à morbo, ita temporis à
tempore, & universalis, & particularis. Nasci-
turque hic quoq; ut in alijs omnibus artis ope-
ribus quod optimum, faciendumque est, ex
collatione omnium indicationum quæ còve-
niunt. Quod non tantum permutat id quod

*Pro calido
affectu sic
aer frigid.
& pro fri-
gido cali-
dus, &c.
& pro quo
vis alio si-
ne qualis.*

*Invaden-
tibus febr-
ibus, & a-
lijs quibus
vis morbis
abstinendū
ab aeris
refrigera-
tione, &
calfactio-
ni studen-
dū & alijs
temporibus
quid fa-
ciendum.*

Quando
aer frigi-
dus, & cor-
pus panis
contectus
& quare.

faciendum, secundum magis, & minus, sed & secundum modum. Velut si quis angitur febris vehementia, tamen cum corporis dēsitate, & pororum adstrictione ægrotare capit, curabis ut aer circumstantis frigidus sit, tamen interim corpus panis contegatur, ut fervorem viscerum temperet aer inspiratus, & vestium calor poros cutis laxet. Quæ eadem cautio, cum febricitans dormit esse debet autore Hippocrate, ne introcollecto calido, nuda cutis densetur, aut calore geminato viscera inflammentur. Sed & hanc ipsam ob causam, cum a principio febris usque ad crism aeris attemperatio ad frigidiorē debeat procedere, utpote intemperie crescente, & decrescente cruditate, tamen stragulorum depositio lentius multo debet procedere, quam reliqua refrigeratio. Quia contectio non solum concoctionē, sed evacuationem etiam per cutem, juvat cujus indigentia non decrescit crescente morbo, sed crescit etiam. Itaque quia contectio ini-tijs ad concoctionem utilis est, postea ad evacuationem, suadeo ad omnem aliam attemperacionem audaciores esse medicos, quam ad stragulorum rejectionem. Quamquam hujus quoque rei debet esse modus, pro ratione virium: is autem erit, ne angantur ægroti. Hoc enim etiam modo, non minus, quam alio quovis, possunt ægroti suffocari. Luminis & tenebræ, quæ qualitates etiam aeris sunt, & cau-

Stragulorū
depositio
multo lē-
tius debet
procedere
quam reli-
qua refri-
geratio.

In stragū
quismodus
Luminis
& tene-
bræ quæ
sint indi-
cationes.

cau-
se

sæ non raro salubres aut insalubres, aliæ indi-
 cationes sunt. Nam cum hæ non sint in qua-
 litatibus elementorum nihil faciunt ad tem-
 periem. Cum verò sint aspectabiles, possunt
 plurimum afficere oculos, & permutare pri-
 mum sensitivum, ad quod præcipue spectant
 somnus, & vigilia, mentis constantia & desi-
 piëntia. Quibus igitur debilis est videndi fa-
 cultas, detrahendus est fulgor, quia dissipat:
 quin etiam multò magis, si tota animalis facul-
 tas languet: quia videndo, excellentia præci-
 pue sensibilia, magna animalium spirituum dis-
 sipatio fit, & quibus somno est opus, est etiam
 & tæbra, quibus vigilia, lumine. Porrò deli-
 rantibus tenebra est utilis (nisi rarò cum ea
 ipsa est terrori) nam splendore, & intuitu re-
 rum maximè commoventur. De victu agro-
 tantium generatim, ac de cõservatione re-
 rum naturalium in illis, & modo utendi
 non naturalibus, hæctenus. De pecu-
 liariter vocata curatione, & re-
 rum præter naturam in-
 dicationibus, secun-
 dū instituemus
 sermonē.

(:.)

Detrahẽ-
 dus fulgor
 quibus de-
 bilis est vi-
 dendi fa-
 cultas, &
 quibus to-
 ta anima-
 lis facul-
 tas læguet
 & quibus
 somno est
 opus, &
 deliranti-
 bus.

METHODI MEDENDI Liber Secundus.

Caput Primum.

*Curatio
proprie so-
lius morbi
est.*

*Curatio
omnis
contrarijs
aqualibus
fit & qua
causa.*



CURATIO, Vt superiori ser-
mone diximus, agitur oblatione
contrarij: cum verò sint triplices
res præter naturam, morbus, cau-
sa morbi, & symptoma, curatio
proprie solius morbi est: causa tollitur, ut cum
ea recedat morbus: symptoma, quâ tale nun-
quam curatur per se, sed cum morbo. Quodcū-
que autem horum curetur, curari debet con-
trarijs, ijsque æqualibus: ita, ut quanto morbus
fit maior, tanto agatur auxilio valentiori, &
quanto morbi causa, & quanto symptoma ma-
ius. Vt quanto febris sit intensior, tantò detur
frigidior aqua, & purgatio tanta sit, quanta ca-
cochymia, & missio sanguinis quanta pletho-
ra: & quanto maius pervigilium, tanto perve-
niatur ad valentius somniferum. Nam si agitur
minoribus, curatio erit tardior quam par sit, si
maioribus, periculosior: atque utroque modo
subibit periculum: illo, moræ: hoc, contrarij la-
psus. Mediocris ergo festinatio est, æqualibus
contrarijs agere. Constat verò huius præcepti
causam

causam ad contrarij naturam redigi, quod scilicet, corrumpit contrarium, corrumpi autem volumus morbos, & quæcunq; curamus. Vnde etiã constat, si quando species auxiliij discrepat ab agēdi potentia, potētia potius quam specie *Potentia æstimandū remediū non specie.* æstimandum esse remediū, & ejus intentionē, Neq; enim interest per accidens, an per se faciat, modo faciat. Nam Hippocrates cōvulsionem infusione frigida curat, quia eam evenit calfacere, ac resolvere: quia verò id nō per se, proinde neque in omnibus facit, sed in juvene bene carnoso: neq; semper, sed in media ætate: tunc verò, & in tali, cōtrariū & æquale remediū censerī debet, ab eo quod fieri evenit. Ita q̄ curatio agi debet contrarijs æqualibus. Id verò intelligendum est, servatis alijs omnibus ar- *Servatis alijs omnibus præceptis, lege cap. 2. lib. 3.* tis præceptis, atq; si facultas ferat: si enim æqualia nō fert, sive ob eam quā habet debilitatem, sive ob repugnantiam, & incōmoditatē exteriorū, & quæ ægrotū circumstant, ut si æstivum aut brumale tempus sit: aut ægrotus ipse curis aut negotijs, à quibus nō se possit expedire dīstringatur (maximi enim momenti est, ad ferēdas curationis molestias, animo & corpore esse liberum ægrotantē) curabimus minoribus, cedentes necessitati. Satius enim sit, quantumvis longo tempore, sanescere, quam inani spe citæ liberationis præceptis periculum subire. Virtute verò ferente, ortis est, contrarijs æqualibus curare. Ergo ad extremos morbos

Magna extrema remedia erunt tentanda, ad exiguos
augilio verò exigua erunt satis. Qua propter, nisi mor-
non uten- bus magnus sit, aut ejus ulla suspitio, timor ve-
dum nisi probabilis, neque mittendus sanguis est, neq;
in magno expurgandum, neque utendum ullo alio ma-
morbo pra- gno auxilio. His etiam consonum est, ut cu-
renti aut rationes à minoribus incoherentur (quia & ipsi
futuro. morbi incipiunt à minoribus) & crescentibus
Curatiões morbis augeantur, & decreascentibus minuan-
à minori- tur, si, scilicet, semper futura sunt auxilia, mor-
bus incohē- bis, & causis, & symptomatis. Quæcunque ho-
tur etiam rum curentur. Qui verò morbi jam aucti cu-
morbo jã rationem suscipit, ob diffidentiam incipit à
aucto. minoribus, quòd non satis certus sit, de tole-
Sympto- rantia facultatis, aut prælenti statu morbi. Si
mata per quis autem confidit, se hæc omnia exactè co-
se curatur gnoscere, virtute favente, incipiat vel à maxi-
cũ per se mis, ut res exiget. Sed quò pacto curationem
lædunt. symptomatum dicimus, cum ea tollantur cum
Concurrūt morbo? Certe quâ symptomata nunquam cu-
aliquando rantur per se, evenit tamen non rarò hæc per
si simul indi- sese lædere, ut dolor, & pervigilium, cum pro-
cationes à sternunt vires, atque tunc temporis occurri-
morbo cau- tur illis, non quâ symptomata sunt, sed quâ ali-
sa, & à orum malorum causæ fiunt. Concurruntque
multis aliquando simul indicationes à morbo & cau-
morbis, sa, & symptomate aliquo, ac nonnunquam etiã
causis, & à multis morbis, quos complicatos esse evenit,
sympt. & à multis symptomatis, & causis ordine po-
 sitis. Quod si omnibus simul possit citra ullum

incommodum fieri satis, ita est agendum: fin autem non, sed ordo quidam tenendus sit, atque alia post alia facienda, quædam regulæ sūt ob servandæ, quas dicemus, mox ac peculiare indicationes trium generum, morborum, inquam, causarum, & symptomatum, percurrerimus. Hactenus enim primam solum, eamq; communem omnium attingimus, nempe objectionem contrarij. Ratio autem contrarij obijciendi variat, habetque diversas formulas. Incipimus verò à causis, quia ut hæ sunt generatione priores, ita earum sublatio ante alia tētanda est, cum legitime proceditur.

Caput Secundum.



A V S Æ, quædam sunt internæ, ut *Causa duplita & bilis in plerisq; febribus, plex iter-quædam externæ, ut vehemens motus, longa mora in sole, aut vento, terna.*

aut pluvia: & ictus, casusve, & alia ejusmodi.

Causæ internæ (voco nunc internas, omnes

quæ nostris corporibus innascuntur) quædam *Quædam sunt tantum causæ, ut bilis & pituita, quædam cause sūt causæ simul & effectus, ut bubo, & astrictio pororum cutis, & aliæ obstructions, & ulcera, & affectus.*

contusiones, cum ex illis febres oriuntur. Internæ, & tantum causæ sunt, succi, spiritus, seu flatus. Succid quidem, non quatuor tantum toti corpori communes, hoc est, sanguis pituita,

*Causa
omnes in-
ternae aut
copia, aut
vitio la-
edent.*

*Causa
externa.*

*Externa
causa quae
recesserunt
nullam in-
dicationem
faciunt.*

*Externa
causa quae
adhuc ma-
nent sub-
moveri se
statim pos-
tulant.*

& utraque bilis, sed & peculiare, ut lac, semē,
& ros proprius partis cujusque, quin & excre-
mentitij, ut saliva, lacryma, & serum. Quae om-
nia copia, aut vitio aliquo laedunt. Copia qui-
de, ut sanguis valde replens, pituita obstruens,
serum per omnes venas redundans, semen su-
per fluens: vitio, ut putrefactus sanguis, pitui-
ta falsa, bilis aut melancholia putrida aut usta,
semen corruptum, ros etiam partium vitiosus,
lac concretum, saliva acris, urina ardens, aut
etiam lacryma mordens. Externae vocatae cau-
sae partim extrinsecus veniunt, ut pluvia, ven-
tus, & Sol: partim nihil in nobis nisi fientes
passiones sunt, ut ira, & timor, & alij animi mo-
tus. Rursum haec, cum medicus ad aegrotum ac-
cedit, aut recesserunt jam, aut adhuc manent,
ut qui ex timore febricitat, adhuc enim timet,
aut deposito timore tenetur febre. Externae
causae quae jam recesserunt, nullam indicatio-
nem praestant faciendorum, sed signa tantum
sunt affectionum, quas intulerunt. Non est er-
go quod eas medicus tollere studeat, cum iam
recesserint, sed solum consideret, quas noxas
in corpore reliquerunt, atque in eas curam di-
rigat. Externae quae adhuc manent, sub mo-
veri se statim postulant. Velud si quis iter lon-
gum ingressus, febre corripiatur, quam suspi-
cetur medicus ex itineris labore esse natam,
ante omnia movere debet, ut itinere intermis-
so, quietus curetur: si etiam in sole, aut cali-
dissimo

diffimo aliquo tugurio per æstatem febricitare incipiat, & febris inde videatur orta, transferendus ægrotus est, ante alia curationem, in umbram, & cubiculum minus calidum: atque ita amovenda est omnis alia ægrotandi occasio quæ sit præfens. Verum ipsa amovendarum occasionum dignotio, methodum quandam desiderat. Non enim illa omnia quæ nobis ut delicta antea vitæ narrantur, statim pro causis haberi debent, & amoveri, sed videndum est, quanto ante tempore sint commissæ, & quandiu. Nam quæ multo jam tempore, ac continenter quis egerit, rationem magis habent consuetudinis, quam causæ morbi, ac proinde, non omnino tolli, se retineri ex parte debent, ut per morbos consuetudines solent verbi gratia. Si quis febre correptus, dicat se, affuetum alioqui tota vitæ, aut multo, jam tempore, domo, & cubiculo frigidioribus, & otio, nunc per negotia, in aliena, eaque calidissima, dies aliquot æstatis transegerit, transferendus erit statim, si fieri possit in domum & cubiculum tanto frigidiora ijs quibus assueverat, quàm nunc est calidior, quàm cum valeret. Ita enim & consuetudo servabitur, & causæ morbi tollitur, & febrî obijcietur æquale contrarium. Si verò narret, se in domo quidem fuisse superioribus diebus calidissima, verum ita etiam consuevisse totam vitam, aut longum tempus. Huc non transferemus in frigidam domum, quia lædetur

Amovendarum occasionum dignotio methodum desiderat.

detur ab insolito aëre, sed ad tanto minus calidam, quantum sola febris exposcit, itaque nisi planè sit febris maxima, fortasse ad tepidam. Ita quoque si quis febricitare incipiēs, narret, se alioqui temperatissimum, & paucò cibo assuetum heri aut nudius tertius in convivio ingurgitasse, continendus in integra inedia est diem totum, aut etiam duos (nisi natura atque ætas, & cætera plurimum repugnent) ut ita tollatur morbi causa. Si verò dicat se à convivio quidem venire, & ingestibile multa, sed neque multò plura, neque deteriora quam sæper citra noxam consueverit, non imperabitur illi tanta inedia, ne tam repentina diuturnæ consuetudinis mutatione lædatur. Quin potius dabitur illi cibi plus, quam si non esset adeo vorax. Quia in parte solent imperiti medici peccare, quos audiunt voraces esse tenuissimè cibantes, & quos fuisse temperatissimos, plurimum exhortando ad capiendum cibos, quasi mores susceperint curandos, non morbos. Verum non ita agendum est, sed quod consuetudinis est, servandum, eo quo dictum est modo: quod nuper accidit, & morbi causa esse iudicatur, statim auferendum. Sed hæc curatio quæ ab externis causis indicatur, cum victus institutione est communis, fereque jam antea dicta.

Caput Tertium.



INTERNA Causa, & quæ tantum causa est, quæcunque copia lædit, minui postulat: quæ vitio, si fieri possit emendari: sin autem in emendabilis jam sit, ut rem alienam, extra corpus reijci. Ergo sanguis redundans usque ad vasorum distentionem, quod tumore, & rubore partiū indicatur, sine mora mittendus abundanter est. Nam etsi sanguis maxime fit secundum naturam, tanta ejus redundantia est præter id quod natura amat, velut & ipsa optima caro cum supercrescit. Pituita, aut bile, aut melancholia, aut sero redundante purgatio molienda est, & repetenda usque dum ea redundantia tollatur. Si redundant partes rore, aut sua vassa, semine, aut mammæ lacte, siccandum valenter & totum corpus, & illas partes, est. Id quod tenui & sicco victu, & sudoribus agitur optimè: hujusmodi enim sunt omnia quæ lac minuunt, & semen, & rorem: interim tamen evacuatis quæ jam in partibus redundant, ut lacte, emulgendo: semine, si quis habet conjugem, congregiando. Flatus quoque, si in toto corpore, aut ventre, aut intestinorum aliquo redundet, emittendus est, eructando, aut per sedem: idque procurandum, potu, aut clystere, aut glande paratis ex rebus discentibus,

De causis internis & earum indicationibus.

Mittendus sanguis cum redundans usque ad vasorum distentionem.

Molienda purgatio cum redundat pituita aut bilis, aut melanch. aut serū.

Quando siccandum corpus, & quibus auxilijs.

Cum vitio bus, aut etiam ad motis exterius. *Quod qui-*
ladū suc- dem faciendū est, donec laxetur distenta pars,
ci quid fa- deinde intemperies corrigenda. Si verò san-
ciendum. guis sentiatur esse putridus, aut aliorum suc-
 corum aliquis, utendum primò est ijs quæ pu-
 trescentiam emendant, qualia sunt serapiorum

r Serapia multa, maximèque accida, ut quæ emendabi-
aut apoz lia adhuc sunt emendentur, quæ minùs, evacu-
mata quid ationi parentur. Postea veniendum ad medi-
faciant. camentum, vomitu, aut dejectione expurgas.

Quando Serapia enim aut apozimata idonea quasdam
utiliter fit succorum partes omnino emendant, quasdam
expurgat. ex parte, nò adeò tamen, ut retineri intra cor-
vitiosi suc- pora tuto possint, quasdam nullatenus. Et has
ci, & qua quidem incidunt, & secernunt, interimque
res hanc parant vias ad evacuationem. Tunc ergo uti-
occasione liter expurgatio agitur, cum, quæ retineri o-
indicet. portet, emendata, quæ non oportet secreta

Expurga- sunt. Quam occasionem nihil melius indicat,
tioni cor- quam concoctionis in excrementis, notæ, &
poris non succorum effusio, quæ agnoscitur spontanea
solum qua laxitate ventris retentioni succedente. Non
fit per alvū autem sola hæc evacuatio quæ per ventrem a-
sed & gitur, idonea est expurgationi corporis suc-
multæ a- corum vitio laborantis (quamquam ea maxi-
liæ evacu- mè) sed & aliæ multæ. Sudor enim copiosus
ationes optima expurgatio est corporum in vitio, le-
sunt ido- minis & roris partium. Huiusmodi sunt qui
neæ. tenentur morbo gallico. Illi etiam quibus se-

per sudo- rosi, & ichorosi sunt succi urina abundanter
 eunte

turte liberantur optime: & alij etiam ferè omnes qui vitio succorum febricitaverunt, per purgantur per hanc viam, & præservantur ab abcessibus & recidiuis, & obstructions viscerum, quæ ex putridis febribus solent superesse. Quia peractis per latiores canales alijs expurgationibus, sordium reliquæ optimè elvuntur ex ipsis venis maioribus & minoribus, cum serò, quod per renes in vesicam quotidie destillat. Per minora etiam emunctoria agit, non tam totius corporis, quam quarundam partium vacuatio, & expurgatio, ut per palatum & nares, capitis: vomitu non commoventi totum corpus, ventriculi & gulæ. Copia itaque & redundantia causæ cuiusque, vacuationem tantum petit: vitium, emendationem aut expurgationem. Sed quia sanguis succorum optimus atque naturæ nostræ amicissimus est, isque aliorum amat secundum naturam quandam mistionem, & redundantia cuiuscunque illorum incommodior, inutiliorque fit; cuiuscunque eorum redundantia in venis vocatur cacochymia, seu sanguinis vitium. Itaque duplicem pituitæ quam par est (etsi ea sit optima) cum sanguine misceri; pituitæ quidem ipsius, copia; sanguinis verò vitium est. Atque ita merito fit, ut & copia & vitium cuiusque alterius succi tollatur expurgatione. Nimirum ejus copia, est sanguinis vitium, multo autem maius, si etiam ipse succus vitiosus sit, ut pituita salsa aut putrida, copia.

trinas qui morbi curantur.

Morbi capitis per palatū & nares: ventriculi vero & gulæ per vomitū vacuantur.

Copia vacuatione, vitium, emendationem aut expurgationem petit.

Redundantia pituitæ, bilis aut melanchol. vitium sanguinis appellatur seu cacochymia. vitium vero succorum

Copia, & trida, bilis uista, aut aliter corrupta. Tametsi vitium cui autem dictum est, evacuationem deberi copie iusq³ suc- & expurgationem vitio: atque ita quidem est: ci, qui san semper enim ubi abundantia est maior quam gnis non pro naturæ modo, evacuatio, si virtus ferat (nā est purga- si hæc non adsit frustra tentatur quiduis) & tiōe eget. ubi vitij aliquid, & recessus à naturali succo- Sine insi- rum probitate est, expurgatio desideratur, nō gni redun- tamen proinde nunquam mittendus sanguis; dātia, aut nisi ubi is ita redundat, aut nunquam expur- vitio suc- gandum, nisi ubi insigne vitium succorum est. corum, & Nam & in eo qui cecidit ab alto mittitur san- mittitur- gnis, & si non redundet, & in eo cui vulnera- sanguis & tum est caput expurgatio comendatur, etsi a- expurga- lioqui non sit manifestè cacochymus. Sed & tur. hoc quoque redigitur ad suos scopos, hoc est, ad copiam, & vitium. Nam etsi ei qui cecidit corpus plenum non sit, est tamen minus vacuum, quam in ea occasione oporteret. Velle- mus enim esse inanium, ne partes in contu- sam mitterent, aut agitatione perturbarentur interius omnia. Ejus etiam cui caput est vul- neratum, oporteret corpus esse expurgatissi- mum, ne excrementa ulla in vulnerata parte lædant. Et si igitur eam cacochymiam corpus non habeat, quæ sine capitis vulnere morbum afferre posset, si tamen eam habet, quæ vulne- rato insigniter obsit, rectè expurgatio suscipi- tur autore Galen. quamquam in hoc quoque modus quidam est. Si enim qui ab alto cadit esset

esset inanitus, & qui capite vulneratur expur- In febr-
 gatissimus, neque illi mitterem sanguinem, ne- bus plarū
 que hunc expurganti pharmaco movere: sed que mitti-
 in illo aquæ potu, in hoc clysteribus essem cō- tur sāguis
 tentus. Ita quoq; plarumque in febribus mit- qui non sa-
 titur sanguis, qui non superat naturalem men- perat na-
 suram, neque simpliciter, neque in hoc homi- turalem
 ne, sed quia nisi mittatur, ob febrilem calorem, mensurā
 qui adest, & succorum putrescentium mistio- & qua
 nem, corrumpetur, ac fortasse malignè: & causa.
 cutis rarefactioni, & ventillationi, & vassorū Copia &
 laxationi ad futuram expurgationem neces- vitium si-
 sariæ, impedimento esset. Itaque mittitur, non mul eva-
 quia multa subest copia, sed quia ea quæ sub- cuatione
 est, tunc est inutilis, & noxia, ac proinde facul- & purga-
 tate ferente, deponenda, etsi causa morbi non tione egēt
 inclinaret ad ideam sanguinis, modo non ab ea quāquam
 plurimum evariet. Causarum itaque interna- aliquando
 rum copia aut vitio lædentium hæc sunt indica- altero ho-
 tiones, copiam vacuatione, vitium expurga- rum sit
 tione tolli. Constat ergo, quod si & copia & fatis.
 vitium adsint, evacuatione & expurgatione In febr-
 erit opus. Atqui aliquando quidem expurga- bus sæpius
 tio sola, aut missio sanguinis sola, satis erit pro uimur so-
 copia & vitio. Nam & expurgatio est eva- la missio-
 cuatio quedam, & missio sanguinis quedam ne sangui-
 expurgatio. Sæpius autem convenit missione nis quam
 sanguinis sola, quam sola expurgatione uti, sola pur-
 præcipue in febribus: quia per sanguinis mis- gat & qua
 sionem extrahitur simul vitiosum cū sangui- causa.

*Missio
sang. præ-
parat ad
expurga-
tionem nõ
contra.*

*Quando
mittendus
sanguis
post ex-
purgat.*

*Cũ utraq;
evacu-
est opus
præcedat
missio
sang.*

*Missio
sang. sola
sæpius cu-
rationem
perficit
quam so-
la expur-
gatio &
qua causa
Menstruus
sanguis
succedit
aliquan-
to
purgationi*

ne; per expugationem autem non extrahitur simul sanguis cum vitioso. Porrò melius præparat missio sanguinis ad expugationem, quã expurgatio ad sanguinis missionem. Hæc enim laxat vias, quo maximè corpus expurgandum indiget, illa debilitat vires, quo nihil ad mittendum sanguinem periculosius. Rursum missioni sanguinis non obstat impuritas; expurgationi verò obstat repletio. Inutilius igitur jam mittitur sanguis expurgatus, quam antequam expurgaretur, nisi contigerit; expurgatione concitari ardorem novum in visceribus (quod maximè evenit, cum non antecessit sufficiens missio sanguinis) tunc enim nihil consultius, quam ab expurgatione sanguinẽ mittere. Alioqui, cum utraq; evacuatione est opus missionem sanguinis oportet antecedere dietas ob causas. Vnde rursum evenit, ut sæpius missio sanguinis sola curationem perficiat, quam sola expurgatio, quia scilicet, est evacuatio ordine prior. A priori autem magis natum est succedere quod posterius, quam à posteriori quod prius. Missio igitur sanguine, sæpe sponte naturæ expurgatur, corpore alvi profluvio; vomitu, aut sudore succedente: ex purgato autem corpore non solet succedere fluxus sanguinis; nisi raro menstruus immò neq; expurgari bene potest repletis canalibus.

Caput Quartum

DESIDERARI quidē ad omne
 medicinae opus facultatem, atque,
 nisi ea permittat, nihil circa aegrotā
 tem tentādum esse, generatim qui-
 dem antea diximus, nunc autem utiliter repe-
 tetur. Nam cū hae duae evacuationes, de qui-
 bus agitur, omnium maximae sint, peculiari
 quadam ratione desiderant facultatis constā-
 tiam. Cum autem sint tres quae nostra corpora
 gubernant, quarum nulla potest, vita salva um-
 nino deficere, eas omnes constare ad vacuan-
 dum audacter optimum est, ac proinde omniū
 notas oportet medicum tenere, & cōtempla-
 ri. Sunt verò earum (ut & aliarum omnium
 virtutum) propriissimae, ac fidelissimae notae, suae
 actiones: post has, & accidentia quo ex illis
 bene aut male obitis, sequi nata sunt. Ergo ani-
 malis robur aut debilitatem, ex motibus vo-
 luntarijs, & sensibus externis & internis ag-
 noscimus. Si enim mente constat, facile se in
 lecto convertit, decenter jacet, respirat facile,
 bene videt auditque, neque ulla parte non
 sentit satis, facultas animalis valet. Si verò
 vacillat mens, respirat sublime, non videt, ne-
 que audit, non potest se loco movere, perit
 illa facultas. Hisque mox succedit, in pedes
 ferri, pondere scilicet, tantum non mor-
 tui

De facultatis constantia.

Constare omnes Virtutes ad vacuandū audacter optimum est.

Virtutum notae sunt suae actiones, & accidentia.

Animalē virtutem quae actiones valere nos docet, & quae nō.

*Naturalis
virtutis
actiones,
quæ eam
valere of-
tendūt. &
quæ secus.*

*Quæ actio-
nes valere
virtutem
vitalē aut
secus ostē-
dunt.*

tui corporis. Ita quoque si bene se habet ad ci-
bos, & acceptis nullæ incoctionis in ventre
notæ superveniunt, & egestionis conditione
bonæ, tēpestivè fiunt, & retinentur quæ opor-
tet retineri, denique hæc quæ ad nutritionem
spectant, non admodum ab ejusdem hominis
bona valetudine dissident: & in urina & alvi
excrementis quales per morbum salutarem so-
lent mutationes aguntur, facultas naturalis
constat: Si verò e ventre incōmutata, aut tan-
tu-n corrupta deijciantur, & urinæ tenuissimæ
appareant: aut fortè ventriculus nihil retinere
valens, mox ingesta evomat, aut cibus potusq;
totus videatur abire in flatū: quibus mox suc-
cedit aut extenuatio maior quam pro ratione,
aut totius habitus decoloratio, & fœditas, na-
turalis emoritur. Ita quoque si pulsus sine cre-
britate maiori quam pro præsentī usu, neque
parvus, tangenti resistit, facultas vitalis est fir-
ma: moxque accedit vivacitas quædam ocu-
lorum, & color totius vultus bonus cum me-
diocri partium carnosarum intumescencia. Si
verò pulsus tactu evertitur, & parvus ac cre-
ber est, extinctionem minatur facultatis, quæ,
si jam accedit oculorum excavatio, & livor,
collapsus temporum & acuties nasi, & per par-
tes quasi vivices, & ipsius obtutus velut emor-
tua macies, jam jam moritur. Constat verò, ut
e extrema hæc quæ retulimus, extremorum ca-
suum signa sunt, ita mediocria esse mediocriū:
ut

ut cum dictorum insunt quædam solum, aut omnia quidem, sed remissius, significari minor, siue bona, siue mala, esseque judicandum, ut notæ accedent ad optimas, aut pessimas plus aut minus. Et si diximus ad censendum de facultate perpendendas esse vires omnes: non tamen æqualis sunt momenti, sed vitalis maximi (quia hæc servat omnes, eaq; extincta manere nulla alia potest, neque ea admodum firma, aliarum ulla extremè debilitari) secundo loco naturalis (quia hæc est qua morbi coquuntur) omnium postremo, quæ omnium est prætantissima, animalis. Quia hæc, etsi ad sanorum actiones obeundas maxime servit, ad pugnandum cum morbis minime facit. Nam ad concoctiones quidem, per se nihil, ad expulsionem parum, nisi in morbis thoracis. Ob has igitur causas arteriarum attrectatio ad censendum de facultate promittendo sanguine est maxime necessaria, ac præterea, quia venæ sectio vitali facultati magis, ac prius nata est officere per effusionem sanguinis & spirituum, quæ ejus facultatis instrumenta propria sunt: qua de causa magis etiam quam ulla alia evacuatio videtur facultatis constans desiderare. Missurus ergo sanguinem aut expurgaturus, considerabis dicta omnia, præcipuè verò pulsus, neque ante vacuabis, quam judicaveris esse virtutis robur, non id solum, quod præsentem evacuationem ita sustineat, ut dum ea agitur anima

*Ad omne
medicina
opus vita-
lis virtus
maximi
momenti
est secundo
loco natu-
ralis.*

*Ad sangui-
nis missi-
facult. vi-
talis ma-
ximè ne-
cessaria.*

*Sanguinis
missio ma-
gis quam
ulla alia
evacuatio
constans
virtutis de-
siderat ob-
ditas*

Robur vi- non deficiat, sed etiam quod imposterum fit
 riū sit & futurum satis ad perferendum motbū, & tran-
 ad presen- sigendum totam ejus constitutionem. Eâdem
 tē evacua- igitur causa, qua cum morbum fore longum
 tionem & suspicaris, minus audes cibum detrahere, de-
 ad id quod bes & copiosas & multas evacuationes magis
 futurū est. timere, alioqui, in brevibus ad utrumque esse
 audax, in ediam dico & evacuationes: qua
 Tempestas propter & cum tempestas est valde incommo-
 incōmoda, da, ut æstivalis, aut in homine est aliud quip-
 se nilis piam, quod prohibeat, ut senilis aut infantilis
 aut infan- atas, aut fastidium, aut dolor ipsa evacuatione
 tilis atas non solvendus, aut vehementes furētis jacta-
 fastidium, tionem, abstinere ab evacuatione, vel vacua-
 dolor, & bis parcius, nisi facultas tanta sit, ut horum no-
 alia jubēt xas & evacuationem possit tollerare. Meritò
 nos aut nō autem fides illi minus per dictas incommodi-
 vacuare tates. Nam cum facultas ad perferendam mis-
 aut id fa- sionem sanguinis sit adeò necessaria, omnia
 cere par- quæ nata sunt vires exolvere, ut æstus, furibū-
 tius. da jactatio, & dolor vehemens atque assiduus:
 Cū præva- aut refectioem curruentium prohibere, ut
 lēs ea qua insuperabile fastidium, & alia omnia ejusmo-
 prohibent di, in prohibentibus ad auxilium poni debet.
 ab auxiliō Quia propter cum præponderant perentibus
 edim non omnino ab eo abstinendum, cum non præva-
 prævalent. lent, mitte adus sanguis parcius & cautiùs est.
 eo est ve- In his etiam est magna exentis sanguinis cor-
 dum par- ruptella, maxime penurix boni sanguinis in-
 tius. ditium. Que vulgares medicos, & indoctos
 plu-

plurimum movet, atque ad mittendum iterum
 atque iterum, largiùs ac profusiùs inuitat: pe-
 ritos verò cautiùs facit, quia tanta laboran-
 tes cacochymia, semel debilitati non habent
 unde reficiantur, interim aluntur suo, et si pra-
 vo succo. Talia itaque omnia per se prohibet
 fundi: quod si à petentibus vincuntur, suadet
 mitti parciùs. Hoc enim multò probabiliùs
 dicitur, quam quod alijs placet, esse quædam
 quæ petant, aut prohibeant auxilium, quædam
 quæ non omnino, sed quantitatem definiant,
 aut modum ponant. Velut nunc debilitatem
 virtutis prohibere mitti sanguinem, quia sine
 ea nullus mittendus est: tamen ætatem, & in-
 fantiam, & alia ejusmodi non prohibere om-
 nino, sed moderari. Hic sermo parum proba-
 bilis est. Nam quodcunq; prohibet in hoc
 homine, & his conditionibus mitti abundè,
 magis prohibebit in alio & alijs cõditionibus,
 atque aded in aliquo & conditionibus aliqui-
 bus prohibebit omnino. Atque quodcunq;
 eorũ quæ vocant prohibentia, erit aliqua aded
 exigua evacuatio, quã possit sustinere, cũ horũ
 omnium sit parsitio infinita. Satiùs ac magis
 consentaneum est censere quæcunq; non per-
 mittunt agere abundè pro necessitate, prohi-
 bere: quæcunq; non prohibet (cũ indicatione
 aliquã habeat) petere: atq; collatis utriusq; sequi
 indicatione prævalentiùs, ob contraria verò a-
 gere cautiùs id quod agitur. Sed hoc cõplica-

Magna
 exeuntis
 sang cor-
 ruptella
 prohibet
 hanc eva-
 cuationem
 contra vid
 gares me-
 dicos.

tas indicationes iam delabitur, de quibus postea agemus: nunc eas quæ causarum sunt persequimur. Hactenus verò internarum copia aut vitio lædentium dictæ sunt indicationes primæ.

Capitulum Quintum.

Quæ causa turgentes sint & quid indicent.

Vera turgentia sæper refertur ad vitium, ac citam purgationem petit non aliam evacuationem. Causa interna quæ cum sunt in toto corpore, sectio venarum fiat, & ex quibus partibus.



URSVM hæ omnes esse possunt, in toto, aut parte aliqua, quietæ, aut agitæ ac fluentes. Hæque rursum aut incerto feruntur motu hinc inde, aut in partem certam, partesve certas fluunt. Quæ hinc inde agitantur erroneæ, quod incertus diversarum partium dolor indicat, turgere dicuntur à latinis, à Græcis *órgan*. Hæc postulant adeo citam per ventrem expurgationem, ut, si fieri possit, eadem die expurgandum sit: ne in partem aliquam principem velut furore agitati succi irruant, ibique firmantur. Dico autem expurgandos tales succos, nulla alterius evacuationis facta mentione, quia vera turgentia semper refertur ad vitium nunquam, arbitrator, ad solam copiam: tametsi hæc fluxionum multarum causa est, sed non cum furore seu turgentia. Si causæ internæ quietæ ac firmæ in toto corpore sunt, sectio venarum fieri potest undecunq; , maximè verò ubi sunt ampliores, & distentiores, & tutissimè secantur. Hujusmodi sunt in brachijs interna, externa, & media. In cruribus quæ supra poplitem interius

rius (quamquam hanc ob inertiam defierunt apud nos chyrurgi secare) & juxta talos, aut in pede quacunque se exhibet conspicuam, exigua, ac fortasse nulla hic existente differentia. Earum quæ in brachijs, externa est quæ tutissime secatur, quia cum media periclitatur nervus, & cum interna arteria. Quamquam vulgus contra censet, timens capiti ex sectione externæ. Bene autem cum ægrotis agitur, quod medici plerumque ubi totum corpus æque abundat, iubent secari mediam, chyrurgi verò pro ea secant externam. Neque mirum. Nam in plerisque media obscura, & multò ultra cubitum est. Meritò etiam pro totius corporis redundantiâ aequali incipitur à dextro brachio, utpote in calidiori sito latere, & firmiori: atq; si repetenda evacuatio est, itur inde ad finitrum, exequandi gratia. Neque id meo iudicio minimi momenti est, cum partes laterunt natura adeò separaverit: sed neque tanti ut hæc solum causa reperatur (ut faciunt multi) cum alioqui facta effusio videatur posse esse satis. Expurgatio quoque ubi cacochymia totius corporis est, agitur per ventrem superiorem, aut inferiorem nulla hinc existente differentia, sed ex alijs, ut ex succorum natura, & temperis, & hominis. Nimirum graciles, & conlueti ita facere, & biliosi, & in æstate, per superiora purgandi, difficulter vomentes & abundantes crassis, & in hyeme, per inferiora. Atqui

Externa brachij vena tutissima me secatur, & in alijs quid sit periculi.

Chirurgi pro vena media secant externam.

Merito incipitur à dextro brachio in corporis totius redundantiâ aequali, sed non iur ad finitrum nec cessario.

Vbi cacochymia totius corporis est purgatio per inferiores.

aut superiorem ventrem & quando per hanc aut illam partem in quibus. *Cōsuetudo facilitas maximæ momenti ad expurgandū per superna aut inferna.*

inter hæc, anni tempus videtur Hipp. maximi facere, quia difficiles etiam ad vomendum, & mediocriter carnosos jubet cavere æstatem ad infernas purgationes, & graciles atque ad vomendum faciles cavere hyemem ad infernas. Itaque nullos non videtur per hyemem purgare per inferna, etsi carnosos & difficile vomentes, magis: neque in æstate nisi per superna, etsi magis graciles & vomentes facile, præter tabidos nunquam vult ad vomitum duci. Mihi tamen maximi momenti esse videtur consuetudo & facilitas. Nam si hæc abest longè maioribus difficultatis est vomitu expurgari, quam dejectione, quamquam non minoris utilitatis, quin potius, ut mihi videtur, longè maioris, etsi dejectio est tutior. Hinc fit ut medici prudentes, & qui tuto curare maximè student, subdactionibus alvi contenti plerūque sint; circulatores verò, qui agrotantium pericula contemnentes, magnum aliquid fortuito facere, honoris & gloriæ studio volunt, vomitiones tentent violentissimas. Ego verò ut sponte simul deicere & vomere multū ægrotum nunquam vellem, quia pessimæ affectionis, cholerae inquam morbi accidens est, tamen à pharmaco purgationes quasdam ex utrisque temperatas, vomitionibus inquam quibusdam & dejectionibus non odi, immo verò ab illis spero bene, crassis æquè ac tenuibus vacuatis, superiorique atque inferiori ventre purgatis.

Cū abest cōsuetudo maioris difficultatis est vomitu quā dejectione expurgari, sed maioris utilitatis.

Circulatores vomitiones tentent violentissimas.

Ego verò ut sponte simul deicere & vomere multū ægrotum nunquam vellem, quia pessimæ affectionis, cholerae inquam morbi accidens est, tamen à pharmaco purgationes quasdam ex utrisque temperatas, vomitionibus inquam quibusdam & dejectionibus non odi, immo verò ab illis spero bene, crassis æquè ac tenuibus vacuatis, superiorique atque inferiori ventre purgatis.

In parte aliqua una firmatam esse causam co-
 pia aut vitio lædentem, petit evacuationes ab
 ea parte fieri: per venas rectitudinem haben-
 tes cum illa, missionem sanguinis: per vicinū
 ventrem expurgationem, & per emunctoria
 conjuncta particulares evacuationes: postre-
 mō superponi parti ipsi, seu cuti illi incubenti
 cucurbitulas (quarum ad extrahendum ab al-
 to nōxiam materiam, maximus in arte medica
 usus est, & sæpe remedium præsentaneum) aut
 inuersiones, aut sectiones, & medicamenta om-
 nia vocata localia. Sed hæc ad indicationem à
 parte jam pertinent, de qua seorsum postea di-
 cturi sumus. Materix fluxionis, non furiosæ,
 alias indicationes habent. Nam aut fluxio in-
 cipit aut nondum, sed futura timetur, denique
 nihil, aut exiguum est, quod jam fluxit, estque
 tunc curanda revulsione, & fluit iam affatim,
 & est derivanda potius, aut iā fluxit tota, estq;
 tunc tractanda, ut impaeta, nisi quatenus time-
 tur ne fluxio repetat. Revulsio autem est, quæ
 per contraria, & maximè distãtia agitur, ut cū
 ob epilepsiam mittitur sanguis ex talo: Evacua-
 tio, quæ ex maximè conjuncta, aut si fieri pos-
 sit ex ipsissima parte, ut cum phrenitico secã-
 tur vena in naso, aut fronte, aut lippienti in
 oculi angulo, aut anginoso in lingua. Deriva-
 tio inter has evacuationes consistit, fitque ad
 vicinam: ut cum phrenitico cephalicæ supra
 flexuram cubiti sectio fit, aut pleuritico inter-

*tant cum
periculo.*

*Dejectio-
nes & vo-
mitiones*

*mediocres
à pharma-
co utiles.*

*Causa in
parte ali-*

*qua firma
ta quod pe-
tat dum*

*copia aut
vitio lædit*

*Materia
non turgē-
tis indica-
tiones.*

*De revul-
sione, eva-
cuatione,*

*& deriva-
tione, &*

*cui cause
quævis cõ-
venias.*

Revulsio, nã in brachio ejusdem lateris. Sunt verò hi
evacuatio tres gradus haud quaquam indivisibiles ut nu
& deriva meri, sed cum quadam latitudine, atque secun
tio cū qua dum magis, & minus dici possunt, est enim re
dã latitu- vulsio revulsione maior, & quæ minor est, de
dine dici rivationis habet plus. Et derivatio potest ad
possunt. evacuationem aut ad revulsionem plus aut
 minus inclinare. Evacuatio quoque potest ha
 bere derivationis aliquid. Nam ex talo mitte
 re sanguinem ob dolorem syncipitis mera re
 vulsio est: mittere ex poplite sub genu revul
 sio quoque sed aliquanto minor, ex media bra
 chij, multo minor, fereque jam derivatio nun
 cupatur: ex cephalica valde supra flexuram,
 derivatio, ex occipite habet etiam quiddam
 revulsionis, sed minus, ex fronte aut nare, ferè
 jam evacuatio, sed non mera, habet enim deri
 vationis aliquid. Cum scarificatur, secaturve
 pars, mera jam evacuatio est. Mera revulsio
 mera præcautio est, ob fluxuros enim agitur
 succos: mera evacuatio curatio mera, quia ob
 factam in parte hærentemque affectionē. Quæ
 inter has sunt evacuationes, sunt mediocres,
 agunturque cum succi partim fluunt partim
 fluxerunt, debentque tanto magis ad evacua
 tionem inclinare, quanto plus materię jam est
 firmaturũ, resque urget: revulsionem verò,
 quanto minus. Quæ omnia videntur ignorare
 quidam quibus nihil in ore aliud est, quam
 fluentes succos revelli debere, revulsionē ve
 rò.

Mera re-
vulsio me-
ra præcau-
tio est.

Mera eva-
cuatio me-
ra curatio.

Derivatio
medium
tenet.

rò missione sanguinis agi, nulla neque modi fluendi, neque speciei succi, neque modi revelendi facta mentione. Quasi verò non possit esse etiam expurgatio revulsoria. Sed hæc de ratione vacuandi doctrina seorsum est suis locis discenda. Nunc quod dictis deest, addamus.

Expurgatio revulsio est aliquando.

Fluxiones plurimorum morborum causæ sūt: nam februm omnium, quæ non sunt continentes: & tumorum omnium præter naturam, præter paucissimos, qui congestis excrementis alimenti proprii ipsiusmet partis quæ in tumorem attollitur, fiunt. Et omnium ulcerum quæ non fiunt ab externa causa, & omnium dolorum, qui non fiunt à nuda intemperie. Omnium denique malorum causa videtur esse fluxio, evidentior aut occultior: tamen nullius morbi videtur esse posse causa prima, semper enim nascitur ex affectione mittentis aut recipientis partis, aut utriusque: ut redundantia aut vitium excrementorum mittentis, & debilitas recipientis. Præter has dictarum partium læsiones, quæ fluxionis sūt causæ, est morbus qui in recipiente parte fit, cuius ipse qui influxi succus est causa, ut ipsa podagra, aut chyagra & febris quæ ex focco putredinis exurgit. Ille ergo influxus, ut præter naturam & morbi causa existens, tolli se indicat, si fieri possit, radicitus, & omnino, ut scilicet omnino nulla fluxio, sit, sin minus, saltem ut ab illa parte, in qua morbi causa fit, avertatur. Primum illud nulla te-

Fluxiones plurimorum morborum cause.

Fluxio nullius morbi est causa prima.

Influxus ut morbi causa tolli se indicat.

Emendanda præcipuè mittens pars, & quibus auxilijs. Est revulsio aut derivatio, qua fit evacuatione alia que dicitur arida, & alia ex his composita.

nus possimus consequi, nisi emēdatīs partibus dictis, præcipuè mittente, ac fortasse ne hæc quidem possit emendari, nisi toto corpore siccato: posterius, autem hoc agitur revulsione, & derivatione, ut dictum est. Non est autem sola ea revulsio, & derivatio, quæ vacuando agitur, de qua mox diximus, sed alia etiam arida, sine evacuatione, sed aliter retractis aut detractis succis, ut frictione, vinculis, aut curcubitalis, aut sinapismis, aut alio quo vis modo ciedo dolorem. Sunt alie ex utrisque compositæ: quibus scilicet, dolore simul calore & evacuatione retrahitur, aut derivatur. Velut cum ad moris cauterijs particulas sanas dirumpimus, ulceraque diutius servanda infligimus, ex quibus quotidie aliquid elluatur. Cum ergo sint triplices hi modi avertendi fluxiones, delectū eorum ex ipsarum fluxionum modis, necesse est indicari. Quæ enim fluxio recens est, quæ inquam, nunc denuo homini accidit, ac non antea pluries, eas revulsiones petit aut derivationes citas, magnitudine autem respondentes magnitudini fluxionis. Hujusmodi autē sunt quæ vacuando aguntur. Hæ enim quam cito, & quantum volumus fundunt, atque cito succurrunt. Quæ verò jam inueterata est, ac sæpe repetijt, aut continenter diu affixit (hi vocantur antonomasticè catarrhosi morbi, sunt autē fluxiones, ex malo habitu partium aut etiam naturali insalubritate ortæ) petit revulsiones

deri-

derivationes ve quæ paulatim transferant humorum motus in contrariam, aut diversam cōsuetudinem. Ut vitiosæ consuetudini, quam naturales vires partium diuturnitate patiendi compararunt, contraria consuetudine occurratur. Sæpe enim ea quæ nunc affligit ex fluxione passione vitata, ipsa natura per sanat reliqua, data utcunque remissione: aut ipse medicus minus dolore interturbatus. Hoc consilio ubi fluxiones quarundam nobilium partium alijs auxilijs non cedunt, intercipimus vias fluxionis, sectione, ustione, aut laqueis: velut in inveterata ophthalmia frontis & temporum, in cancriosis crurum ulceribus, varices. Cōstat verò cūm hæc aguntur, sollicitum esse debere medicum de toto corpore, ut cū hæmorrhoides curantur, aut fistulæ, siue consilio medici, siue sponte fuerint factæ, modo jam sint antiquæ. Sed hoc ad compositas jam indicationes spectat. Nunc de solis per se fluxionibus agimus. De quibus, atque omnino de indicatione causarum, quæ tantum causæ sunt, dictum est satis. Nam quæ simul sunt morbi, ut intemperies partium mittentium, quæ simul sunt morbi, constat, quod complicationem morborum inferunt: cum sint morbi morborum causæ, etque cum eisdem quos efficiunt complicari. Curandi igitur eadem regula erit, quæ de complicatis, quam postea apponemus.

*Indicatio-
nes à mor-
bi essētia.*



MORBI per se facillima indicatio est: nihil enim aliud petit, quam ut perspecta ejus essentia, obijciatur illi contraria: calido frigida, frigido calida, humido sicca, sicco humida: appositis, aut assumptis, aut injectis: soluta uniantur, alligatione, futura, infibulatione, aut agglutinatione: luxata reponantur, manu aut laqueis: obstructa aperiantur: redundantia numero aut magnitudine, evellantur, ut super natus dens, secentur aut rodantur, uranturve ut supererescens caro. Deficientium regenerationem (quod naturæ opus est) negotietur medicus, si fieri potest, ut sarcoticis, carnis. Si autem fieri non potest, tamen pro propriissima deficientis particulæ substantia, negotietur conforme supplementum, ut pro osse callum. Calli enim generatio naturæ etiam est, juvatur callum inducentibus, quæ eo discrepant à sarcoticis, quod tanto ficciora illis sunt, quanto os carne: utraque tamen sine corrosione, aut vehementi extersione, ac sine magna adstrictione sunt, ne alimentum arceant. Cicatricem verò inducentia siccantiora sunt utrisque, simulque valde adstringentia, quo non solum repellant fluentem, sed propriam etiam subjectæ carnis humiditatem exprimant, ea enim

*Callū in-
ducentia
quo discre-
pent à sar-
coticis.*

*Qualia
sint quæ
cicatricē
inducunt.*

altera

alteratione carnis videtur fieri cicatrix, in cuius generatione maiorem partem habent medicamenta. Quamquam non censeo illis solis imputandam, sed cum cutis decisse, aut proximæ carnis natura. Quod si non jam simplex solum deficiat particula, sed membrum etiam, ut crus aut manus, impossibilis quidem omnino sit resectio, medicus verò machinamento suppleat, ut ligneo crure, aut ferrea manu. Hęc itaque est prima indicatio morbi quæ capitur ab ejus essentia. Quoniam verò morbo accidit, non solum esse huic, sed etiam tanto & tali, esse, inquam, magno aut parvo, acuto aut longo: Horum etiam indicationes aliquantū discrepant. Magnitudo enim petit, ut dentur auxilia æque magna, acuties aut tarditas, ut curationes lentè, aut celeriter peragantur. Ut enim auxiliorum magnitudo exæquari debet magnitudini morbi, ita celeritas agendi illius acutiei. Ridiculum enim si quis ea sedulitate, & adhibendorum frequentia utatur ad quartanam, qua ad pleuritidem. Hippocrates certè, qui nihil utilium videtur omisisse, libello de morbis, ita scripsit. Alij morbi sunt quibus occasio est, ut semel in die curentur, alij per tertium aut quartum diem, alij semel per mensem, alij per tertium mensem. Hęc Hippo. quibus appertè indicat, non omnes morbos indigere æquè crebra visitatione, ut nunc usu magis, quam ratione agitur, sed pro morbi acutie debere

Cum deficit membrū, machina mentis suppleat medicus.

Magnitudo aut acuties morbi quid petant.

Quæ peri- bere medicum festinare, neque solū ad victus
cula se- extenuandi modum, sed & ad moderandam
quantur curantis diligentiam, opus esse morbi consti-
tutionem præsentire. Nam celerior quam pro
curationē tutionem præsentire. Nam celerior quam pro
celeriores morbi longitudine curatio detrahens virium
aut tardio plus quam morbi, facit in tempore servandos,
rem quam ante tempus mori: tardior verò non potest
pro morbi prævenire pericula. Sed de morbi indicatio-
longitudine ne hætenus.

Caput Septimum.

Sympto-
matum in
dicationes



N symptomatis, quæ maximè so-
lent urgere, & curationem petere
propriam, sunt dolor, pervigilium,
& coma, atque deliquium animi:
post hæc etiam fastidium & fames nimia, eva-
cuatio profusa, & nimia retentio, seu evacuan-
di impotentia. Aliæ actiones læsæ, ut vitiata
visio, odoratio, gustatio, aut etiam delirium, fe-
rè nunquam curantur per se, sed cum morbo.
Vitiosus color aliquando, in mulieribus maxi-
mè, idque opus pertinet ad comptoriam ma-
gis, quam ad medicam artem. Dolor verò per-
vigilium, & sopor, deliquium animi, fames &
& fastidium, atque retentio & effluxio timè-
tur sæpe multo magis quam morbi, ex quibus
nascuntur, suntque ipsa per se causa periculo-
rum: immò ipsos morbos, ob ea solum sympto-
mata evenit aliquando timeri: nam fluente
sanguini-

sanguine ex naribus, quis timet apastomosim,
 aut rupturam, corrosionemve ventillarum, nisi
 ob sanguinis effluxionem? suppressis mēstruis,
 vel antiquis hæmorhoydibus, aut evacuatione
 alia quacunque longo iam tempore consueta,
 quis timet affectiones quæ supprimi faciunt,
 nisi ob eas quas minantur ipsæ suppressiones?
 levitatem intestinorum, quis nisi ob impoten-
 tiam retinendi? aut adstrictionem duriciemve
 uteri, nisi ob impotentiam parienti: jam ve-
 rò dolor & pervigilium timentur magnope-
 re, quia magna cum sunt, deijciunt vires, mul-
 tō antequam morbi ipsi. Solpor, quia extin-
 guit calorem, & obstructions cerebri auget.
 Deliquium animi, nisi subveniatur, potest fini-
 ri in syncopem & hæc in mortem. Fastidium
 necessarium cibum capere prohibet, fames no-
 xium cogit accipere. Ergo cum citius lædant,
 quam ut cum morbo tolli possint, curare de-
 bet medicus illis occurrere per se. Est enim
 cujusque dictorum duplex curatio, altera cum
 morbo, altera per se. Velut cum ob levitatem
 intestinorum utimur exasperantibus, cujusmo-
 di sunt quæ acerbæ, occurrimus morbo: eū ad-
 stringentibus solum aut glutinosis occurrimus
 symptomati. Prima ergo curatio agitur in-
 dicatione morbi, secunda indicatione sym-
 ptomatis, de qua nunc agimus: ea verò est
 offerre ipsi symptomati propria contraria:
 vel si in actione aliqua consistat, uti eo

*Sympto-
 matis per
 se occurrere
 medicus,
 quia citius
 lædunt*

*quam ut
 cū morbo
 tolli pos-
 sint.*

*Sympt. &
 per se &
 cū morbo
 curantur.*

quod contrariam actionem afferat. Ut cūm ventriculo vomenti assidue cibos, cucurbitulam affigimus. Ea enim non curat ventriculi affectionem, sed trahendo ad se retineri facit: velut etiam, si retinente plus satis ventre irritamus clystere acri expultricem. Si autem in passione consistit symptoma, passionem inferimus contrariam, ut cūm dormientem excitamus, vigilianti conciliamus somnū: si enim per ipsa somnifera temperiem aliquam inferimus, ut frigus aut humiditatem, id quidem tūc per accidens est, nos enim tunc ipsum per se dormire procuramus. Neque verò minima totius artis pars est (quamquam quibusdam, qui eam fere ad unicum præceptum contraxere, aliter videtur) ipsa symptomatum curatio. Nā præterquam quod, ut dictum est symptomatum pericula sæpe avertunt ea quæ timentur à morbis. Ipsa symptomata morborum, quorum sunt, prohibent curationem, quæ propter eorū sublatio, remotio prohibentis est, & necessaria ad morbi curationem via. Si enim dolor quem incohavit fluxio, ipsius augendæ causa est, quæ ratione cessabit melius quàm sedato dolore, maximè si facultas non videatur magtiam evacuationem posse sustinere. Si enim potest, per hanc tollitur fluxio, ac cum ea morbus, & dolor. Si verò de facultate dubitatur, mitigatio doloris per se necessaria est, & cum minori dispendio agitur ea curatio, etsi sit aliquantulum præposte-

*Cur sympt.
ptom. per
se curètur,
ac sit eorū
necessaria
curatio an
te curatio-
nem mor-
bi.*

*Sympto-
mata mor-
borum quo-
rum sunt,
multoties
prohibent
curationē.*

præposte-

præpostera. Imprudenter verò faciunt in omni negotio, qui protervè semper intendentes in id quod optimum, neque eo quod possunt contenti, à fine cadunt. Id dico, quia si fieri posset, symptomatum semper cum morbo esset sublatio optima, tamen ipsa per se illorum, est sæpe necessaria. Percurramus ergo singula.

Caput Octavum.

DOLOR, quia in sensus tristitia habet essentiam, duplicem curationem habet per se. Voluptate enim occurratur tristitiæ, & sensus tollitur insensibilitate: utroque autem modo dolor tollitur, sive inducta voluptate, sive sublato sensu. Unde duplex nascitur anodinorum genus. Prima quidem, & quæ propriissime talia dicuntur, sunt, quæ tepida cum sint, blandum quendam jocundumque sensum afferunt tactui, cujus passio propria est dolor. Hæc enim voluptate elevat dolorem manente sensu: ut infusis aqua tepida aut oleo, hisque solis, aut in coctis chamæmelo, aut mèliloto, aut lini semine. Cum autem hæc non sunt satis, & res urget, procedimus ad secundum genus, ad ea, inquam, quæ tollunt stupore sensum, ut opium, aut hyoscynamum, aut opiata medicameta, quale est philonium, aut recentissima theriaca. Nō enim potest manere dolor sublato sensu. Sed

Doloris indicationes

Duplex anodinorum genus.

hæc noxia, & adversa naturæ plerûque sunt, tunc verò maximè, cum dolendi causa frigida est. Tunc ergo solum sunt ferenda, cum res est in præcipiti, aut alioqui causa calidissima.

Caput Nonum.

*Per vigili-
curatio &
quid som-
niferis à
soporiferis
differant.*



PERVIGILIO etiam occurritur bis-
cariam: nam aut somniferis, aut so-
poriferis: quæ differunt, ut somnus
& sopor. Est verò somnus requies
ejus facultatis quæ in cerebro residet, ex levi
obstructione, & refrigeratione nata. Sopor est
magis, impotentia vigilandi, ob stuporem pri-
mi sensitivi, aut obstructionem gravem. Illa
igitur sunt refrigerantia leviter & humectan-
tia, ut oxyrrhodinum, aut rosaceum solû: hæc
refrigerantia multò plus, ac stupefacientia, ut
opium lacte aut alio humore dissolutum. Con-
tat verò hic quoque, non ante ad hæc venien-
dum, quam illa non sint satis, & res urgeat. Sô-
no occurritur dolore, quia est irritatio sensus,
somnia verò quasi sensus intermissio. Occur-
ritur & clamoribus, ac denique omnibus sen-
sus irritamentis, ac proinde & splendore &
vellicatione. Et sanè quæ per se occurrunt sô-
no, in hoc genere sunt omnia. Nam revulsio-
nes quæ fricando, aut vinculis, aut aliter agû-
tur, ad causam etiam, & materiam spectant.

*A somni-
feris ad so-
porifera
veniedum
cum res
urget.*

*Somno
quibus oc-
curritur.*

Caput Decimum.



FASTIDIVM per se petit dari cibos jocundos & varios, & si ad alia minus utiles. Condimenta quoque palatum provocent. Nam expurgatio, & absynthij admectio, & alia ejusmodi ab affectione aut causa indicantur. Nunc autem solas symptomatum indicationes percurramus. Velut etiam fames nimia, curari potest purgatione crudorum, & vini potu, ac reliquis calfacientibus os ventriculi, eas enim curationes indicant causæ & affectus: tamen oblationem pinguium, & detestabilium ciborum, indicat ipsa fames per se. Eadem ratio est, in quibusdam corruptis appetitionibus, quæ piccæ vocantur, ut cum quis terram, carbones, aut res alias ejusmodi appetit. Nam aut indicatione causæ purgamus corpora, à melancholicis præcipuè succis, aut ob ipsum symptoma, furtim aloë, aut bilem, aut absynthij succum, aut aliud ejusmodi infundimus: velut etiam ijs qui usque ad ebrietatem, vini suavitate capiuntur, solemus propinare incautis vinum, in quo stercus aliquod, humanum maxime, dissolutum sit, spuma sudoris equorum, aut in quo sit anguilla suffocata, vel putrefacta uva. Ea enim abominabile vinum reddat, & ejus abominationis vestigium in imaginatione imprimunt. Cum

*Fastidij
indicationes, &
quæ solius
symptomatis: quæ
verò affectus aut cau-
sæ sint indi-
cationes.*

Fames.

Piccæ.

*Vini im-
moderati
desideriū
quomodo
curatur est
non sym-
ptoma.*

enim hæc plerunque incidant in stultos, improbos, aut parvulos, denique in eos in quibus appetitus maximam, & ratio exiguam habet vim, raro locum habet prudens persuasio, sed contraria imaginatione est opus aut passione fortiori, velut timore vehementi aut dolore. Non enim multum absunt hæc ab insania. Eodem astu utimur ad ab lactandum infantes, & eadem ratione inunctis mamillis picra, ita enim melius sustinent, quam suavi lacte, tantum denegato.

Caput Vndecimum.

*Delinquit
anmi in-
dicationes.*

*Ipsū per
se deliquitū
quid petit.*

*Non est
abroganda
fides anti-
quis de
medica-
mentorum
proprieta-
ribus. sed
fidendum
magis ma-*



DELIQUIVM animi curatur mis-
sione sanguinis, cum gravatur cor,
ac premitur multa humiditate, ut
quod commitari solet, aut antece-
dere cordis palpitatio: & concoctione ac pur-
gatione crudorum alternatè facta, cum redun-
dantiæ crudorum est soboles: & vomitionibus
bilis, atque alvi subductionibus, cum bile mor-
detur os ventriculi. Sed hæc à causa indican-
tur. Ipsum verò deliquium per se à quacunq;
causa ortum sit, petit celerem refectionem per
odores gratos, vini haustum, aquæ repentinam
in faciem & oculos insersionem, & admotio-
nem cordialium epithematū (neque enim de
medicamentorum proprietatibus censeo anti-
quis omnibus fidem abrogandam, etsi manifes-
tis virtutibus multo magis fido) frictiones ve-
rò,

rd, ligaturæ & vellicationes, partim causæ, partim ipsi symptomati occurrunt. Causæ quidē, quia revellunt, sive succos, sive fumos irruentes in cor: symptomati verò quia excitant, & ad apponendos connatus irritant facultates principes. Nam etsi dolores animalem solum irritant proprie, cum hac per naturalem conspirationem irritatur vitalis, cujus passio deliquium animi est.

nifestus
virtutibus.
Frictiones
& ligatura
re in deli-
quio ani-
mi & cau-
sa & sym-
ptomati
occurrunt.

Caput Duodecesimum.

TA quoque, si qui curat dysenteriam, purgatione utitur, indicatione causæ, hoc est acris aut salis facci, id facit: si siccantibus & extergētibus, indicatione affectus, hoc est, ulcusculorum in intestinis, si adstringentibus indicatione symptomaticis, hoc est depravatæ egestionis. Ac proinde à prima illa curatione semper incipiendum, procedendumque ad secundam, tertia quæ adstrictione est, debet esse postrema, ac plærumque cum res bene est acta circa priora, potest devitari. Vomitus quoque curatur dejectione, per revulsionem causæ: vomitu, per causæ evacuationem, calfacientibus aut refrigerantibus, si ab ulla harum intemperie passio nascitur, indicatione affectus: stomachicis, indicatione symptomaticis. Voco enim nunc stomachia, quæ grata cum sint ventriculo, ipsum

Dysente-
ria indica-
tiones que
à causa,
que ab af-
fectu, &
que à sym-
ptomate
sunt.

Vomitus
indicatio-
nes.

corroborant, ut menta, & aromata. Constat ve-
 rò hic quoque curationem illam primam, quæ
 per dejectionem agitur, tentandam primò,
 mox secundam quæ per vomitionem, ab hac
 tertiam per alterationem contrariam affectui.
 Postremò, & ubi aliæ non sint satis veniendū
 ad compescentia vomitum per se, ut curcubi-
 tulas, aromata, ac reliqua stomachica. Sed hic
 jam videmur incautè delabi ad methodos par-
 ticulares, & regulas multarum indicationum,
 de quibus agitur postea. Nunc procedamus,
 & tractationem de eo genere symptomatis
 quod in evacuatione, aut evacuandorum re-
 tentione est ad universalia revocemus. Omnis
 profusa evacuatio, cum per se urget, retractio-
 nē fluentis materiæ in partem aliã postulat, aut
 obstructionē adstrictionēve viæ per quã effluit.
 Nam expurgatio corporis, aut incrassatio, aut
 attemperatio ejus quod fluit à materia indicã-
 tur, cum scilicet corruptio aliqua, aut tenuitas,
 aut acrimonia, mordacitas ve succorum cavia
 effluxionis est. Tales verò curationes agun-
 tur lentius. Proinde cum ipsum symptoma
 urget, ut fluxio sanguinis, revellimus vehe-
 menter frictionibus & vinculis, ac multò ce-
 lerius curcubitulis oppositis partibus affixis,
 habentibus verò cum ea per quam effluit cõ-
 munes venas, ut hypochondrio dextro, cum
 fluit ex nare dextra, sinistro cum ex sinistra:
 mãmis ob fluxū per os uteri: ob hemohoydas
 quoque

*De symp-
 tomatis
 que sunt
 in evacua-
 tione aut
 retentione
 regula uni-
 versales.*

quoque hypochondrio, & dorso juxta spinā: aut obturamus partem ipsam ex qua fluit, admoventes emplastrum aliquod adstringens, aut insufflantes paluerem, aut excipientes vinculo, aut digito comprimentes donec ipse sanguis grumescens sibi ipsi obstruat viam: ut scilicet pars potest tractari.

Capitulum Decimum tertium.



Contrarium symptoma est, naturalis De ijs que
 evacuationis retentio. Est autem *præter na-*
 cuique naturalis, quæ per bonam *turam re-*
 valetudinem consuevit fieri, & ad *tinetur.*
 ejus custodiam pertinet. Tales autem sunt om̄ Naturalis
 nibus in commune, dejectio, mictio, excretio *cuiq̄, eva-*
 emunctio, & menstruus sanguinis fluxus: mul *cuatio est,*
 tis etiam vomitus & sudor: nonnullis hæmor- *que per*
 roides mediocriter aliquando fluentes: raris *bonam va-*
 quibusdam raræ aliæ evacuationes, ut quibus- *letudinem*
 dam ex naribus, sicut cui ex digito sub ungue *solet fieri.*
 singulis mensibus per annos multos ex ordine *Hujus re-*
 sanguis fluxit. Nimirum sunt naturalia omni- *tentio sym-*
 bus, & cuique. Curatur autem quivis, & quæ *ptoma est.*
 cuiusq; natura fieri postulat ea tolli symptoma *Naturalis*
 est, ut cuiusq; talis evacuationis retentio. Quæ *omnibus*
 esse potest, integra, aut ex parte. Ut si alvus ni- *& cuiq̄,*
 hil reddere potest, aut exiguū egre: urina otu- *ritate*
 nino supprimitur, aut exiguū mingitur, & vix: *est.*
 menses nō fluūt, vel non ut per naturā debent.

Cum sym In quo genere symptomatum idem præceptū
ptoma per est, quod in alijs omnibus. Scilicet, cum ipsum
se magni per se urget, & magni periculi causa est, per se
periculi tolli. Velut si urina integre suppressa est, sive
est causa grumis, sive succis alijs crassis, sive lapide, ob-
*per se tol-*struentibus: sive vesicæ sensu amisso: sive ex-
li indicat pultrice extremè debilitata, & diu jam sup-
*ante abla-*pressio, ut fortè supra tres aut quatuor dies
tionē mor pro ducatur: expectandum non est id sympto-
*bi aut cau*ma tollere simul cum morbo & ejus causa, at-
sa. trito lapide, aut extenuatis & vacuatis succis,
 aut curata perfectè resolutione, aut roborata
 vesicæ, cum sciamus id symptomâ diu sustineri
 non posse extra evidens periculum: sed ipsam
 vesicæ regionem præmendo manibus, & im-
 missò cathetere usque ad cavitatem, conari
 ut urinæ copia distillet, idque crebro facere,
 dum alijs remedijs molimur sensum revocari,
 aut facultatem firmari, aut grumos atteri, aut
 succos crassos extenuari, & alia via vacuari,
 aut lapidem comminui aut longè à via averti.
 Si enim horum quidvis longiùs tempus postu-
 lat, nullum autem vidimus eorum qui ultra
 septem dies omnino mictione carverunt, su-
 pervixisse, necesse est ipsi occurrentes symp-
 tomati, mictionem quancunque arte moliri,
 utcunque maneat in parte affectio, cujus est id
 symptoma, & ejus causa. Ita quoque ubi men-
 trua evacuatio sublata est siquidè nihil obstat
 perfectam curationem incohare, ac perficere,

Vrinâ
omnino
suppressa
septimum
diem non
transgre-
diantur
agrotan-
tes.

ita faciemus: si autem non vaccat, aut tempus valde incommodum, vel aliud aliquid differre suadet, timemus tamen ab ipsa sanguinis coacervatione, mittemus statim bonam ejus partem, quo possit sine tanto periculo necessariam dilationem sustinere. De hac missione sanguinis, crebra altercatio est in congressibus medicorum, unde fieri debeat, plerisque vocantibus in talos, non paucis etiam incipientibus ab internis cubiti. Quæstionem autem dirimit aliorum symptomatum contemplatio. Tametsi enim dicimus, nos nunc ipsi tantum symptomati occurrere, & nihil aliud, quam vel le fundere usque dum vaccat radicitus curare, tamen hoc ipsum melius facimus, atque impostum corpus disponimus, passionum omnium quæ accedunt rationem habentes. Si ergo raptus materiæ in caput inditia sint, revulsorias vacuationes faciemus ex talis, multas, inquam, exiguas, & ex brevibus intervallis, quia ita efficacius retrahetur, & fundetur nihilominus quod satis sit. Si verò non tam hoc quare sensus ponderis apparet, isque inclinet in lumbos, mittetur unica, aut duabus sectionibus satis multum ex talis. Quod si distentio & gravitas circa viscera hæreant, (spiritualia, aut naturalia, aut utraque consultissimum fuerit usque ad horum remissionem mittere ex brachijs: nam ita facilius deponitur multitudo, & hac deposita solet mox reliquum per uterum effluere. Nam

expul-

In retentione mēstruorum unde fieri debet sanguinis missio.

Suppressis mēstruis quando ex brachijs mittendus sanguis & qua ratione.

*Consuetæ
evacuatio
nes pro na
turalibus
sunt.*

expultrici nihil obstat evidentius, quam vasorum distentio. Quod enim in magnis & externis experimur, æquum est in parvis, & internis vasis per inde fieri putare. At verò urinam suprimi ob solam vesicæ distentionem, & erumpere, utcumque fiat laxamentum, res est expertissima. Nimirum fibræ vehementer distentæ non possunt sese contrahere, qui motus expultriciis est. Undecumque autem incoheretur is motus, virtute perficitur. Ita ergo evenit venis & arterijs. Eædem sunt cautiones, quæcumque dictarum evacuationum, præter naturam cessaverint. Dictum enim est, multo jam tempore consuetas, pro naturalibus esse, & eodem modo indicare, qua propter earum suppressiones semper sunt cavendæ.

Caput Decimumquartum.

*Quod præ
ter naturã
est aliquã
do servan
dum.*



QVAM QVAM autem dictum est, omnia quæ præter naturã sunt, sui ablationem indicare, quia, ea omnia auferri quam citissime optimū esset, maximèque medico expetendum, non tamen nihil talium servandum, aut etiam novandum est, aut augendum. Evenit enim eorum multa, ex accidenti, boni alicujus maioris, aut minoris mali fieri causas. Nam non esse sæper talia nociva manifestum est, cum morbi quidam aliorum graviorum fiant abscessus, ut
post

post malignam & laboriosam febrē articulorū dolores: & quidam supervenientes, alios molestiores ac periculosiores absumant, ut febris convulsionē, atq; etiam apoplexiam. In symptomatis id quoq; est manifestū. Nam dolorem lædere frequens est, aliquando verò non parū juvat, revellendo à partibus nobilioribus propinquis. Fastidium in eo qui paucissimo indiget cibo, prodest, ne plus accipiat. Omnia igitur perpendenda, & quæ per se, & quæ ex accidenti contingunt, neq; adversus omnia quæ præter naturam accidunt, pugnandum æque citra cunctationē, sed in singulis, & in eo qui se offert affectu videndum an lædāt, an profint, an neutrum faciant insigniter. Esse enim in triplici hac conditione, cōstat. Dolor enim & pervigilium, quæ maxime videntur esse mala, est cum profint. Dolor, ut dictū est. Pervigiliū fortasse dum expurgatio agitur. Appetere cibos & ad ea quæ offeruntur habere bene, bonum est ad servandas vires, & est, ut dixi, cum fastidium profint, alioqui virtuti inimicissimū. Vitiosus color extra oculos neq; prodest, neq; lædit, intra illos visionem vitiat. Affectus etiā alij adeò exigui, & contempbiles sunt, ut neq; profint neq; noceant, neque movere omnino medicum debeant. Alij etiam, qui cū per se sint morbi etiā magni & graves, utiles tamen sunt, quòd graviores alios tollant, aut ab ijs præferrent. Velut quartana, quæ liberat ab alijs morbis,

*Symptoma-
mata &
morbi cū
pro sunt
finenda
sunt aut
augenda
aut no-
vanda.*

*Mutare
media
morborum
morbi sūt.*

morbis, ut abscessus eorum facta, aut eos ante-
vertens. Bubones etiam & parotides multos
ab internis, & gravissimis morbis super stites
esse fecerunt. Velut igitur dictum est morbis
& symptomatis occurrēdū esse cū lædunt,
ita nunc dicimus, cum pro sunt, si satisfaciant
usui esse finenda sin minus, augenda: quòd si
ne fiant quidem, cū putarentur utilia fore
etiam novanda nonnunquamque cucurbitu-
lis & extrahentibus medicamentis, & rubrifi-
cantibus, movendos abscessus, qui indicentur
à presenti periculo ægrum erepturi: quid mi-
rum, cū plurima eorum, quæ ad alios morbos
tollendos facimus, morbi sint, ut incisiones &
ustiones. Si igitur per febres dolor aliquis exi-
guus capitis incidit, aut color vitiosus animad-
vertitur, nihil eorum causa medicus novat, sed
finuntur. Si verò cū tinnemus capiti aut tho-
raci dolor in pedem incidit, nullus cordatus
medicus non, si dolor magnus est, finit, sin exi-
guus, auget, partis attræctatione, aut trahen-
tibus medicamentis, quin etiam aliquando
nondum incipientem dolorem provocat, sciēs
ita affectis utiliter solere supervenire. Repel-
lere verò ac partem firmare nunquam tutum
est, ubi pars aliqua nobilium infinitè est debi-
lis, ut earum quæ ad thoracem spectant, ulla, aut
caput, aut etiam ventriculus, sed neque cum
renes: quia ut utiliter solet ab illis, ad articulos
abscedere, ita inutiliter ad illos repellitur, ad

videtur

thora-

thoracē verò & caput magis periculosè. Multa alia fiunt in corporibus ejusmodi, oportetq; considerare ex quibus in quas partes mutantur, ut Hippocr. monet. Nimirum ex quibusdam in quasdam bene & male mutari possunt. Ut autem universim dicam, ex superioribus in inferiores, ex internis in externas, utiliter: ex his in illas inutiliter & noxiè. Si quis ergo laborante adhuc hepate scabiem manuum magna sollicitudine curat, à methode agit. Si verò exiguam febriculam quæ nervorum resolutioni supervenit, calorificis auget, aut etiam citra resolutionem, lentam ex crudis, & quæ suam causam non potest conficere, non erit in circumspectus. Ita tamen has curationes laudo, cum alijs facilioribus, suavioribus, aut tutioribus, non licet uti aut non possumus necessitati satisfacere. Si enim podagricus nullam internarum partium habet debilem, sed ob debilitatem articulorum, ex occasione ortam, aut nativam, ut fortè hereditariam talis, est, aut scabiosus nullas impuritatis notas habet in excrementis, imperiti omnino medici sit, incuratos eos relinquere, cum liceat, illi mediocri præmissa evacuatione, resolventia primum, deinde corroborantia admoveere: huic verò scabiè mox sine ulla cunctatione curare extergente aliquo medicamèto cum mediocri siccatione, ut fortè, terebinthina cum sulphure. Convulsio etiam aut resolutio si sit, aut etià catarrhus pituito-

Libr. 6.

Epidem.

sect. 2. 12.

21. & 22.

Morbus cu
ramus mox
bis cum
tutioribus
utino liceat

Ex Hip-
pocr. 6.
opidem.
sect. 2. 18.

Morbi
superve-
nientes
alijs mor-
bis cum
nocēt, aut
per se aut
magnitu-
dine noxij
sunt.

pituitosus, temeritatis sit ab excitata febre au-
xilium petere, non tentata prius alia curatio-
ne per evacuationes, remedia in scindētia, co-
quentia, & apperientia: præcipue si hominem
ex ijs esse cognoveris, qui non solent leviter
feblicitare. Est tamen etiam aliquando veniē-
dum ad febrem. Usque adeo medicum oportet
cautum & circumspectum esse, nihilque fa-
cere temere, & nihil omittere, sed facilitati,
brevitati, quo ad possit & se curitati studere,
omnia & commoda & incommoda perpēde-
re, & nullum evidenti periculo relinquere.
Dictum itaque, atque indicatum est, non sym-
ptomata solum, sed morbos morbis utiliter su-
pervenire, ac proinde ut sunt morbi, quos cu-
rare, esse etiam quos augere, aut novare oportet:
noxios scilicet curare, utiles fovere. Pos-
sunt autem noxij esse morbi qui alijs superve-
niunt per se & quia tales, vel sola magnitudi-
ne. Per se quidem, cum sua natura accidit illis
esse talibus, velut cum ex pleuritide fit per-
ineumonia, aut ex ardente febre cōvulsio: aut
ex lyenteria hydrops: magnitudine, ut absces-
sus, qui moderatior accedens, esset utilis, mag-
nitudine fit intolerabilis, ut parotis præmole
strangulans, aut suppurata introrsum guttoris
partes corrumpit. Velut ergo abscessus justo
minores promoveri expedit, ita maiores quā
ut sustineri possint, minuendi, ac si fieri possit,
præcavendi sunt. Maxima verò præcautio est

in febris gravibus, difficilisque judicationis, *Maximā*
 quales maximè sunt lassitudinaria, vacuare sa- *præcautiā*
 tis inter initia. Ne abscessus qui in talibus, si *in febrī*
 facultas fortis est, merito expectantur, post au- *gravibus*
 res, aut ad articulos, aut aliam quæ impiam par- *vacuare*
 ticulari, quam contigerit esse debilem, fiant *satis inter*
 adeo magni, ut hominem interrimant, cum vi- *initia.*
 deretur à morbo præcipuò liberatus, aut par-
 tem corrumpant, ut nonnunquam oculum,
 aut manū, aut pedem. Nam præcavere absces-
 sus appositis medicamentis repercutientibus
 partibus ad nos, ratio prohibet, & indicatio
 quæ accipitur à parte, de qua seorsum dicendū
 est. Nunc illud solum indicare volumus, in
 rebus etiam præter naturam esse multas, quas
 non prohibere, sed promoveri consultum sit.
 Cum autem in omni symptomatum genere at-
 tendere debeat medicus, cujus conditionis sit
 id quod incidit, an scilicet, lædens, an juvenis,
 an neutrum, ut videat, quid agat, tollat, augeat,
 an sinat, id maximè videndum in evacuatio-
 nibus, atque earum retentionibus, quia his maxi-
 mè evenit esse ad alterutrum mutabilibus, sicut *Quæ eva-*
 bonis, nunc malis: & quia maxima pars mor- *cuationes*
 borum materialium curationis est in ea consul- *sinenda*
 tatione, quæ evacuationes promovendæ, quæ *quæ pro-*
 cohibendæ, quæ sinendæ tantum. Quæ cōsul- *movenda,*
 tio, non tã simplex est, quã videtur quibusdã, *et quæ co-*
 qui multorū inexperiti, facile efficiant, nullas *hibenda*
 evacuationes symptomáticas utiles esse, sed *esse sint.*

nes noxias: unde statim fit, ut sint omnes cohibendæ: sin minus nullæ iuvandæ. Itaque hix invenire possunt ulla evacuationes spontaneas, quas oporteat promoverè. Nam eas quæ ante concoctionem fiunt, non promovebunt, ut pote symptomáticas, & ut ipsi putant, semper noxias, quæ post concoctionem multò minus. Nam talia neque movere neque novare oportet, autore Hipp. sed finire. Dicente fortasse movendas esse eas evacuationes, quæ concoctis jam succis, aut non succedunt, aut non integrè. Itaque quo tempore deberet fieri, si non fiant, aut non quantum expedit, movendunque rursus, corpore non perpurgado & soluta, aut inclinante jam plurimum febre: idque non tam primi morbi, quam recidivæ metu. Hoc sanè optime dicunt, valdeque probarem, si dicerent, eam esse optimam atque accomodatissimam evacuationem, quæ pro judicatione est, atque tunc temporis agitur, cum judicatio esset tempestiva, aut cum perfectè judicandi occasio præterijt. Nã quæ ante id tempus à medico agitur, vix unquam persanat, ut neque ulla earum quæ ante id tempus sponte fiunt (vdeo enim nunc persanare, integrè tollere morbum, & sine recidivâ) non autem quia non persanant, neque quia sæpe laudant, juvare nunquam possunt: neque quia nō sunt optimæ, fit ut sint statim noxiæ, immo verò censere, earum quæ symptomáticas sint, &

ante

Non quæ
sæpe laudant
juvare nunquam
possunt.

ante concoctionem sponte fiunt (has enim nunc vocamus symptomaticas, alijs appellati-
onibus dimissis) nullam unquam conferre pos-
se, sed tales omnes lædere, hominum est qui
parum aut segniter sunt in artis operibus ver-
sati, sed in quo primo apprehenderunt, nihil,
neque rebus ipsis moniti, neque aliorum ad-
monitionibus attendentes, incaute affirmare
sibi imperaverunt. propria experimenta non
habentes, & aliena non considerantes. Nam
quidecunbebat in horto Dealcidis, decima se-
ptima sudore per totum oborto levatus est,
qui tamen usque ad quadragesimum non est
perfecte iudicatus, neque quidem ulla, vel ex-
igua habens signa concoctionis. Nam Hippo-
crites inquit, Sudavit per totum, levatus est, in-
telligebat magis, non est à febre liberatus, siti-
culosus, vomuit biliosa flava, pauca, à ventre
stercorosa exierunt, Paulo autem post, nigra
pauca tenuia: urinæ tenues non boni coloris.
Hæc omnia pertinet ad narrationem decimæ
septimæ diei, febris solvendæ quadragesima.
Vides quam sice concoctionis notis juverit
illum sudor intra totius morbi principium fa-
ctus. Chetion quoque qui non est iudicatus
perfecte ante vigesimum, septimo sine signa
concoctionis, sudore iudicatus est imperfecte,
sed non inutiliter. Sed quid moror. An mor-
bi omnes expectant iudicationem perfectam,
& nulla est bona, quæ perfecta non sit, sed om-

*Sympto-
matica
evacuatio-
nes quãdo
utiles.*

*Libr. 3. de
morbis.
vulg. se-
ctiõne 1.
est. 3.
egrotus.*

*Libr. 3. de
morbis
vulg. se-
ctiõne. 2.
tex. 2. est
quintus
egrotus.*

nis imperfecta statim est mala, & lædens? An
 verò Galenus (cui hac in parte nullus medi-
 corum repugnavit) quatuor judicationum dif-
 ferentias usurpat, optimam perfectamque, bon-
 nam & imperfectam; pessimam & repente in-
 teruentem: malam, & noxiam, sed non inte-
 rimem. Quid ergo interest, inter morbos
 eueniens id est boni iudicij, & discretus id est dif-
 ficilis iudicij: nisi quòd illi per optimas iudica-
 tiones & temperatas, intra fines suæ consti-
 tutiones solvuntur: alij non nisi per multas in-
 tempestivas, aut per abscessus, vix tandem sol-
 vuntur. (Non enim iidem sunt, mortales, &
 difficultis iudicationis) solvuntur. enim hiquo-
 que alioqui futuri perniciosi. Nam, utrum eva-
 cuationes symptomaticæ, & quæ non dum cõ-
 coctis morbis sunt, esse possunt pessimæ, & in-
 terimentes, aut lædentes quidem sed non adeò,
 aut etiam iuvantes, etsi non optimæ. Quia
 earum quædam vires solvendo, & corpora col-
 liquando, de propria verò morbi materia va-
 cuando nihil, aut minus, quam ut levare ullo
 modo possit, ad interitum trahunt: quædam
 minuendo quidem morbi materiam iuvant a-
 quid, verum, neque facile, neq; intra proprios
 morbi fines, sed vix tandem ac per abscessus
 liberant. Quo respiciens Hippocr. talia om-
 nia solet dicere, aut mortem aut difficile iudi-
 cium significare. Constat verò hoc non esse
 lædere, sed iuvare minus, quam si essent perfe-

Sympto-
 matica
 evacuatio
 nes iuv-
 tes esse
 possunt, etsi
 non sint
 optima.
 Libr. 2.
 Epidem.
 sect. pri-
 ma. 9.



ete iudicantes. Nam saepe qui per tales eva-
 cuationes, cum difficultate liberantur, nisi ul-
 la tales acciderent moreretur. Hoc vero haud
 dubie est eligibilis. Cherionein, qui tam gra-
 viter agrotans cum haberet perpetuo ab ul-
 vo defectiones biliosas, exiguas, & synceras, li-
 beratus intra viginti dies est, quis dubitet fuis-
 se moriturum, si cum eadem malignitate ha-
 buisset nullas? alioqui fuisset in eo utendum
 perpetuo, alvum fistentibus, potionibus, & in-
 fusis, & admotis. Quod nihil excogitari posset
 illi perniciosius: quia quae ob malignitatem a
 natura non retinebantur, & percussa, & con-
 siliis insuperata irruissent, aut intra hepar, &
 in granas venas suppressa, ac malignius corrup-
 ta hominem interemissent. Contra ergo facere
 oportuit, attemperare, ne synceritas illa ex-
 crementorum domaretur, & elysteribus ex-
 tergetibus alvum eluere, ut quae stant in signa
 defectiones, fluere aliquantò largius: & quae
 biliosa, minus haerent intestinis, & haerentes
 roderent. Dandus ergo orat & proci mandus
 exitus facilis his, quae etiam intempestive, nec ex
 peptata concoctione, & tamen quibus stantibus
 criminosam retineri non poterat, a natura per-
 lebantur. Errant enim si qui putant, nulla quae
 intempestive exire, & pellicina natura, sed vi
 morbi, quae regurgitare, & uti quae licet in fi-
 di omnium. Nam quae concocta & secreta sunt
 excrementa, pellicina natura, & retinet, quae exco-
 luvor

Loco ci-
tato.

in uno di
 in uno di
 in uno di
 in uno di
 in uno di

In vanda
 aliquando
 evacuatio
 nes symp-
 tomatica.

Qua intem-
 pestive
 exeunt ali-
 quando
 pellicinae
 a natura.

etrici antea subserviebat, jam tunc quasi peracta opere, cecedente expultrici. Sed & antequam concoquantur, quæ adeo acria sunt aut maligna, ut irratationem ferre natura non possit; cogunt expultricem insurgere ante tempus; quod nihilominus natura opus est, etsi nimis irritata. Quæ evacuatio cohibenda non semper est, sed aliquando etiam juvanda, ut quæ retinerentur periculosius, facilius exeant.

Nō omnes evacuationes symptomaticæ juvandæ. Quid ergo? num dicimus omnes evacuationes spontaneas juvandas esse, etsi symptomaticæ, & intemptivæ sint, quia sunt naturæ opera? minimè, nam neq; omnes utiles esse diximus. Plurimæ enim earum sunt exsolventes, & syncopales: atque quamplurimi, medicis quas cohibere oporteret, augere studentibus, mortui brevi sunt, sudando, deijciendo, aut fluente affatim sanguine ex hemorrhoidibus (unde maxime talis fluxus probatur) nedum ex ore aut naribus, aut scissis venis. Nam cum natura in ipso judicationis tempore, & concoctione peracta, ac secretionem, pellit, ut ordinatè, ita & moderatè id facit. Pellitque morbi causam seorsum à bono succo, cum medico ejus & spirituum dispendio (non enim sine ullo) tamen cum incocta & male secreta cogitur per irratationis vehementiam expellere, velut precipitatur, deponitque cum malis bona simulque aliquando vitam exhalat. Hæc cum fieri incipiunt, ni quis frenet impetum & obsistat, atq;

revul-

revulsionibus, refrigerationibus, & adstrictionibus, atque omnibus remediorum generibus occurrat interiùs, & exteriùs, non vaccabit culpa, quòd mori siverit. Quid ergo evenit ex dictis? certe quòd antea dictum est, & alijs in locis à me indicatù, evacuationes omnes symptomáticas, hoc est intempestivas, quæque ante tempus judicationis perfectæ succis nondù satis coctis aguntur, hæc quidem causa malas esse, hoc est, malam significationem præbere: quia aut tantam excrementorum copiam, aut adeò malam qualitatem indicant, ut expultricem, ante consuetum naturæ tempus pellere cogant: aut tantam retentricis debilitatem, ut excrementa, neque solito plura, neque maligniora, retinere usque ad naturale pellendù tempus, non possit: non tamen proinde eas omnes lædere, sed quasdam etiam juvare aliquatenus. Dico autem aliquatenus, quia, ut dictum etiã antea est, nullæ earum perfectè ac tuto liberat, ut quæ concocto morbo jam sunt, sed multos, alioqui morituros, per difficiles judicationes, & varios casus servaverunt. Igitur quæ lædunt, tolli se indicant, quæ juvant, servari aut augeri. Dictum enim jam antea est, symptomata per se nihil indicare, sed cum morbo tolli, tamen quia bonæ aut malæ causæ sunt, quæ lædunt tolli, quæ profunt servari debere, aut etiã augeri. Distinguere igitur opus est evacuationes noxias ab utilibus, ut scias quas debeas co-

hibere,

1. aph. 23. hiberet, & quis secus. Hippocrates certe conferentia, & tollerantia distinguit. Conferre enim dicitur, quod morbum minuit, bene tollerari, quod facultatem non debilitat. Constat ergo, vel ex ipsis notionibus, illam fore optimam evacuationem, quæ morbum tollat, & facultatem non debilitet, illam pessimam, quæ debilitet aut etiam prosternat vires, & morbum augeat: mediocres verò eas, quæ inter has erunt, & quibus plus boni quam mali inerit, esse ponendas in bonis, etsi aliquatenus etiam malæ sint: quibus plus mali, in malis, etsi boni habeant aliquid. Certe morbum omnino, ac cum securitate tollere non possunt, nisi quæ optime judicationes ac perfectæ sunt, quas modo nullatenus vocamus symptomaticas, etsi genere præter naturam sint, ut fluxus sanguinis ex naribus. Omnino non debilitare facultate, ne hæc quidem possunt. Nulla enim tam naturalis, & omnibus numeris absoluta vacuatio est, cum quæ nulla sit spirituum effusio, & exolutio virium. Nam & ab optimis judicationibus mentes homines debiliantur, & à pessimi faciei vacuatione cum sic affatim moriuntur hydrofici. Sine ulla igitur exolutione virium nullæ evacuationes sunt, morbum omnino nullæ tollunt, præter perfectas judicationes, quæ & ipse sunt cum exolutione, etsi minimè: alix omnes symptomaticæ sunt, & conferentiam ac tollerantiam minorem habent:

Quomodo
distinguitur
tate vacua-
tionis
evacuatio-
nes ab utri-
libus.

Nulla eva-
cuatio quæ
cumvis op-
tima sit si-
ne debili-
tatione, fa-
cultatis
aliqua.

Sympto-
maticæ
evacuatio-
nes quæ dicitur
morbos mi-

minuunt

40

tamen

ramentum utrisque evenit esse in illis magnam dif-
 ferentiam maioris & minoris. Nam quædam ^{nuñ, que-}dam neq;
 earum morbum minuunt aperte: quædam nihil, ^{minuunt}
 quædam etiam augent. Hæc in ægrotis exper- ^{neq; au-}
 rimur quotidie. Quibusdã enim sudore febris ^{gent, que-}
 remittitur, quibusdam eodẽ tono manet: alijs ^{dam au-}
 in crevit. Ita etiam & ab alvi fluxu & vomitu ^{gent.}
 & sanguine ex naribus, atq; etiam à menstruis
 intempestive currentibus. Quædam etiam
 evacuationes, manifestum post se languo-
 rem relinquunt, quædam minimum, aut
 manifestè nullum: quædam etiam videntur vi-
 res auxisse: quamquam id in essentia fieri non
 potest, sed ob depositam aggravationem. Igitur ^{Quid sit}
 illæ evacuationes, quæcumq; sint, & quæ- ^{quod que-}
 cumq; tempore fiant, quæ plus detrahant fa- ^{dam eva-}
 cultati quam morbo, cohibendæ sunt. Quod si ^{cuattones}
 vires valde prosterant, cohiberi etiam debet, ^{vires vidẽ}
 et si morbum æquè tollant. Evenit enim aliquã- ^{tur auxis-}
 do, mori hominem concidentibus simul facultate ^{se.}
 & morbo, tanquam bello Cæcilio. Quæ
 autem detrahunt plus morbo quàm viribus, aut
 æquè, suppetente tamẽ virtute, ut spes sit fore,
 ut homo et si debilis, evadat sanus, sinenda
 sunt, sinenda, inquam ne si utilitate capti auge-
 mus, debilitate plus aucta hominẽ prosterna-
 mus: surgenda verò tunc solũ, cum minuen-
 tes bene morbum, facultati officiant exiguũ.
 neque tamen ipsæ satis abundo fluunt, pro
 multitudinis ratione, sed pro indigentia.

Alio-

Alioquin nullæ quidem augendæ, sed finendæ tantum sunt. Verum quoniam conferentia, & tolerantia posteriores esse videtur ipsiſ evacuationibus, atque fieri poterit, ut ſi iudicium de utilitate aut noxa ferendum, ab ipſis expectetur, ſerius quam expediat auxiliemur, necelle eſt ſcire, qua ratione poſſimus, mox atque incipiunt, prænoſſe quales futurae ſint, ut ſecundum id præiudicium, de cohibendis, ſinendis, aut augendis decernamus. Id verò nō poteſt aliunde capi, quam ex conditionibus quæ bonas, & malas evacuationes ſolent comitari. Nam etſi bonas aut malas dicentes, ut ſigna intelligimus, tamen hæc duæ rationes, ſignorum, inquam, & cauſarum in evacuationibus, re ipſa non admodum diſſidere poſſunt, neq; adeo multum ſeparari. Nam ut antea diximus, optimæ non poſſunt non eſſe valde utiles, neque peſſimæ, non valde noxiæ quæ inter hæc ſunt ut non poſſunt optimè ſignificare, ita neque plurimum prodeſſe, & illis poteſt utrumvis altero in eſſe plus aut minus, ob naturam, aut diſpoſitionem, quæ tunc in corpore eſt. In talibus ergo locū habet hæc conſultatio. Quales ſint ſignorum igitur vides evacuationem aliquam in ſignam ægroto accidere, conſiderare debes regionem, conveniens ſit an non: idque an ſimpliciter, an in hoc morbo. Dico autem ſimpliciter, ut ſanguini vacuando uterus, & poſt hunc hamorrhoides. Vacuandæ bili, & pituitæ

*Regule
prænoſcendi à principio qua-
les ſint ſignorum
evacuaciones.
Conſiderandi re-
gio.*

tæ ventriculus, & gula, & post hunc alvus. Ex
 purgandis renibus & venoso generi, urina.
 Non simpliciter, sed huic morbo sunt quadã
 commoda, ut vomitus sanguini incommoda
 evacuatio est, per suppressiones autem men-
 struorum non adeo. Itaque multo magis labo-
 rabis vomitum sanguinis cohibere in viro cui
 nulla evacuatio sanguinis cõsuetudine defuit, quã in
 muliere cui menstrua defecerunt: in hac enim
 sine aliquatim fluere: deinde etiã sistes. Alvus
 cõmoda regio est evacuationi, tamen in pleu-
 ritide & alijs thoracis morbis, non ita. Proinde
 in his morbis expurgationi ex alvo nõ ita stu-
 debis, ut in putridis febribus. Eodẽ modo alias
 omnes evacuationes considera, eas quæ per
 vias illis à natura destinatas aguntur præferes
 reliquis, & in his cuique morbo accommoda-
 tas. Constat verò ex alijs tractationibus dis-
 cendum quæ sint. Non enim sunt huc conge-
 rendã omnia, sed dicenda tantum curandi me-
 thodus, ejus exercendæ gratia, quorundam
 mentione facta. Certè si medijs morbis, aut
 etiam inchoantibus sanguis ex utero incipit
 fluere, tanti faciunt medici cõmoditatem hujus
 regionis, ut ne si extra cõsuetũ tempus fluat,
 mere symptomatice, audeant alia evacuatione
 uti, quæ præcipue possit illi fluxioni obstare.
 Unde evenit non raro in durationibus mor-
 borum acutorum, non sine magno periculo
 hærerẽ. Velut cum initio pleuritidis, aut pe-
 rineumo-

*Pulchra
 exercita-
 tio in cu-
 ratione
 morborum
 in quibus
 mens-
 trua
 superve-
 niunt.*

rineumo-

rineumonia, aut ardentis febris ire incipiunt
 menstrua, rari sunt, qui non pratermittant oc-
 casionem mittendi sanguinem ex vena, aut un-
 de morbus acutus potit mittere audeat, sed ex-
 talis, quicunque morbus sit: allecti, arbitror,
 cōmoditatibus ejus regionis, & periculis que
 solent accidere supressis mensuris, deterriti.
 Non decet autem peritos artis rem illam tam
 indistincto accipere. Est sane sanguinis, per
 uterū, maxime, atq; adeo et sola, naturalis eva-
 cuatio, proinde mulieribus laetissimam plurima
 utilis, & cum magno incommodo pluraq; reti-
 netur (tanti momenti est, regionibus esse natu-
 ra idoneam evacuationi) non tam in ea, et
 utilitate semper agitur, ac proinde neq; eodem
 periculo semper retinetur. Sed tere evenit,
 quod in alijs omnibus evacuationibus, si bene
 fuerit sunt bonæ, si male, male. Considerandum
 ergo non solum unde fluat sanguis, sed an tē-
 pestive, hoc est, quo tempore jam morbi crisis
 agi possit, & quo mensis die contaxerit: an nou-
 tro horū, sed morbo adhuc crudo, & nondum
 idē voluto mēse, an die voluto quidem mense,
 sed morbo incepto judicationi an hoc judicatio-
 ni apto, sed nondum exacto mense. Primam
 enim si accidat, per opportunā censebis eva-
 cuationem, magnāq; felicitate in idem tempus
 concurrissē menstruam corporis evacuationē,
 & solutionem morbi. Talem ergo, si integre
 agant, siacs, si minus omni rationi juvabis.

Nullam ergo secabis venam, aut certe ex cute, aliam vero evacuationem movebis nullam. Si autem neutro modo sit evacuatio tempestiva, ne illius gratia hæreas, sed mitte sanguinem quantum & unde morbus poscit, id solum quantitate detrahens, quod casu incidente fluxione videbitur suppleri posse. Itaque si pleuritis sit, mitte sanguinem ex cubito ejusdem lateris, ut fluat ex utero, non curans. Nam is morbus, cum urgeat, tolli secitò postulat, evacuatio vero ad eò imtempestiva nõ postulat se servari. Solæ regionis commoditas videbatur postulare. Ea venientibus tam multis conditionibus non est magni momenti. Satis erit hæc causa, tantum non sistere usu adstringentiam. Ab his ergo abstinabis, sanguinem vero mittes unde morbus postulabit. Si vero ea evacuatio ante consuetum mensis diem, tamen pro morbi indicatione opportunè superveniat, judicationum tempestatum regula servabitur, si integrè fluat, si more, si minus juvare, nulla verò ratione prohibere, neque alio trahere, aut aliam evacuationem moliri. Quod si morbo imtempestiva, legitimo verò mensis tempore venerit, si quidem morbus indifferens erit ad supernas aut infernas evacuationes, ut fortè ne phritis, aut sine loco certo febris, mittetur ex etere sanguis, si sit opus mittere, si autem morbus supernas postulet, & urgeat, licebit medico alternate mittere hinc, & illinc,

illinc, & dum supernè mittit, aliqua arte infer-
 nè retinere, ut vinculis aut cucurbitulis, aut a-
 liter. Sed hoc ad compositas indicationes in-
 cipit pertinere, de quibus postea agetur. Nūc
 ea tantum causa huc divertimus, ut indicare-
 mus quanti fieri debeat commōditas regionis,
 utque ejus causa peccare soleant medici fluen-
 tibus mēstruis. Eodem autem modo pecca-
 bunt in alia quacunque vacuatione, si solius re-
 giones rationem habeant. Nam ex quacunq;
 potest bene & male exire. Ergo post regionē
 considerandum est morbi tempus, quod con-
 coctione materiæ præcipuè distinguitur. Vi-
 dendum ergo an concocta jam satis sit, an nul-
 lateñus, an aliquantum. Nā evacuationes quæ
 per morbos fiunt, quo fiunt citius, eo sunt de-
 teriores, quo posteriùs, reliquis bene procedē-
 tibus, eò meliores. Atque ea causa, cū est quod
 postulet inchoatas evacuationes promovere,
 non expectata perfecta concoctione, tamen
 cum aliqua, audaciùs id agimus, quam per crū-
 ditatem summam. Consideranda etiam est
 dies. Si quis enim sudare incipiat, tertia, quinta,
 septima, aut aliqua sequentium decretoria-
 rum, eligibilius, & melioris spei est, quam si
 sexta aut octava, aut decima. Nimirum in die-
 bus decretorijs, bonæ meliores, & malæ minus
 malæ esse consueverunt. Atque hac conside-
 ratione magis audebimus, sudores, & fluxus
 sanguinis, & evacuationes alias quascunq; his
 diebus

*Considerā-
 dum tem-
 pus in e-
 vacuatio-
 nibus.*

*Considerā-
 da dies.*

diebus promovere, quàm alijs. Consideranda deinde qualitas, an scilicet talia evacuentur qualia oportet, si enim pro morbi materia externantur ex ventre pinguis aut cruenta, aut ramentosa: aut proserbosa humiditate exudetur pingue & crassum, nullus eam evacuationem juvare studeat, sed sistere, ut quæ haud dubiè, morbo nulla ex parte imminutò facultatem plurimum deiciet. Ita etiam per morbos pituitosos, ut, verbi gratia, hydropis genera, dejectiones biliosæ: aut per biliosos, ut febrem ardentem, aut phrenitidem, pituitosæ, nullius commodi esse possunt, eoque attemptandæ aut sistendæ magis quam juvandæ sunt. Post hæc quantitas impetusque debet considerari, quia à copiosis & rapidis timemus virtuti, à minimis & lentis, ne nihil profint. Igitur hac consideratione affluentes & impetuosas evacuationes nunquam juvabimus, ne si aliæ omnes conditiones optimæ sint, sed cum maxime, sinemus: cohibebimus autem cum alijs conditionibus aliquid de erit, ut si die incommoda, aut regione, aut qualitate. Cohibebimus verò tanto maiori aut minori connatu, quanto plura aut pauciora evacuationem dānabunt. Debiliter autem tentatas, si alia omnia attestentur, juvabimus semper, erunt enim tales iudicatoriæ, neque integræ. Sed & cum quædam renuunt, si alia plura astant, promoveri non rarò tales debent. Velut si per febrem

Considerā
da quali-
tas in eva-
cuationi-
bus.

Considerā
da quāti-
tas, & im-
petus in
evacuatio-
nibus.

febrem

febrem biliosam die aliqua decretoria alvus incipiat bilis fundere, non affatim, & alioqui medicus ex bile multa pendere morbum timeat, ea bilis per ventrem effusio sibi non debet: quin potius invitatur ad expurgationem, etiam si cocta satis materia non sit: quia ea dispositio, præcipue cum quodam murmure hypochondriorum, proxima turgentia est. Atque ita videas Hippocratem ad expurgationem dicere solere, nunc, si materia turgeat, nunc, si venter murmuraverit, nunc requirere humorum vergentiam in regionem convenientem. Hanc autem vergentiam humorum, ut te magis moveat, non ex semel, sed ex pluries tentata evacuatione, cognosces. Ut si sæpe per hunc morbum tentatos sudores, aut ventris fluxus, aut mictus copiosos videris, ea tibi consideratio, ubi alia maioris momenti non prohibuerint, talis evacuationis promovendæ causa fuerit. Bonum præter has condiciones, quæ communes sunt omnibus evacuationibus, considerare oportet in singulis earum generibus differentias bonas, ac malas. Discendaque illæ per capita sunt ab Hippocrate tum multis alijs in locis, tum maxime in prognostico, qui ad eò pertractavit exactè omnia, ut vix quippiam adiacerit tam longa posteritas. Ergo quæcumque evacuatio incidet, his omnibus quæ dicta sunt inconsiderationem adhibitis, atque ea quæ maioris momenti sint, maioris faciens, præcipue dicabis

aph. 22.

de ratione vitæ. 64.

7. Epide. 106.

Consideranda
 bonas
 ac malas
 differentias
 evacuationum
 in singulis
 earum generibus.

dicabis augenda cohibendave sit. Quod si multa variæque considerationes te reddiderint consilij inopem, tantis per sine, neque juvans, neque prohibens, donec conferentiæ, ac tolerantia notæ se incipiant exhibere. Oportet autem te tunc velut in re dubia esse diligentem, atque ægrotum visitare, & notas omnes bonæ aut malæ tolerantia animadvertere. Velut si consultus an expediat ægrotum, qui sudare incipit, pannis contegi, ac sudare quietum, an contra ventilatione, & motu sudorem prohiberi, consideransque sudorem calidum esse, atque ex toto incipere fluere: dubius tamen (ita ut sit) principij morbi, & diei: neque morbo satis cocto, jubeas ægrotum stragulis neque additis neque detractis in quiete contineri, & sudare tantis per fini: dubius cum sis, revisere ægrotum debes, observareque an angatur plurimum, an difficilius incipiat spirare: an pulsus languoris quampiam speciem præferat, quo si quid succedat tale, movere se illum jubeas ac stabello ventilari. Si nihil horum, sed perseverante robore, & facili spiritu, sine ulla anxietate sudet, dicatque se potius sublevari quam premi, procedat, non unam aut duas horas, sed multas etiam, acceptis interim, si res plurimum protrahatur, jusculis ad refectio- nem. Quod si contra non solum angatur, & pulsus debilitatem indicet, sed etiam lingua- tur animo, aut extenuetur secundum faci-
evidet
ciem,

diem, non solum ventilat one occurremus, sed & obturante aliquo illi nemus corpus, & oleo myrtino insperfo etiam pulvere myrti balauftiorum, malicorij, aut cytinorum: aut aliquo emplastrico, ut fortè bōlo armenico. Signa autem valde exsolventis, & syncopalis sudoris sunt quæ diximus, ac postremò sudorem refrigerari, & secundum frontem & jugulum in grandes guttas concrefcere, excavatio oculos leviscere faciem & unguës. Hæc cum ad sunt, haud longè abest syncope, & ab ea mors. Oportet ergo te esse diligentem ob servatorē notarum omnium conferentiæ, & tolerantia, atque contrarij, ut in hac evacuatione, ita in alijs omnibus. Ne te evacuationem suadente, repente ac velut inter manus homo moriatur, deijciendo, sudando, aut aliter evacuatus. Qui infortunatus ac turpis error est. Dictæ ergo sunt notæ evacuationum, quæ cum sponte incipiunt, sunt à medico promovendæ. Alioqui, dum concoctiones aguntur, retentiones excrementorum utiles sunt, & evacuationes noxia, ut pote quæ contrariæ sunt concoctionibus. Qua propter cavere debemus eorum praxim, qui nunquam non clysteribus & alijs auxilijs sollicitantes evacuationes, concoctioni locum non dant. Sed hæc posteriùs, ubi de occasionibus auxiliorum agetur, dicentur opportunius, nunc in eum sermonem obiter incidimus, agentes de symptomaticis evacuationibus,

nibus, de quibus, & omnino de symptomatum indicationibus, hactenus: Diximus autem, & de ijs quas morbi, & eorum causæ præstant, atque ante has etiam, de indicationibus rerum naturalium & nonnaturalium: Super ergo ut ad compositas transgrediamur.

METHODI

MEDENDI

Liber Tertius.

Caput Primum.



SUPERIORIBVS duobus libris dictæ indicationes, ubi singulæ occurrunt seorsum, aut multæ quidem simul, sed quibus eadem opera, aut diversis, sed nihil repugnantibus, potest fieri

satis nulla difficultas est, faciendum quod indicatur, & eo audacius quo plura indicat. Velut sit quis febricitet ardentem ex bile valde urta, sine ulla alia putredine, simulq; vehementi torqueatur siti. Quæ mora? aut quæ dandi invidia? omnia petunt potum aquæ frigidæ. Dabis tanto copiosiorē frigidiorēque; quāto sunt plura quæ postulant. Si tamen multæ si-

mul indicationes rerum præter naturam occurrunt, quarum aliæ alijs obstant, tenendus ordo hic est. Videndum primum an aliquid eorum quæ curationem indicant, siue morbus, siue ~~causa~~, siue symptoma sit, ita urgeat, ut indutias spectandi non det. Quod si evenit, illi est occurrendum ante omnia, ut cunq; petueratur methodus, & ordo curationis. Galenus ergo hanc dicit esse primam regulam indicationum diversarum: occurrere ei quod urgeat, altero non neglecto. Ego verò dico, ut illud plus aut minus urgeat, ita alterum negligi, aut secus. Adeò enim potest unum quippiam urgere, ut reliqua interim, vel negligantur. Primus itaque ordo est, quem urgentia poscit, & huic alij omnes cedunt. Curationem, quæ hac ratione suscipitur, placuit quibusdam medicis vocare coactam, quæ verò à causæ sublatione incipit, regularem. Quidam alij insultant, negantes, coactam, aut irregularem dici debere ullam curationem, quia cum ita agitur, ita agi suadent. Illi non negant artificis esse ita agere, cum ipsi præcipiant, quia is ipse qui agit, mallet, si posset, alium ordinem tenere, tenet autem hanc iusta commune illud præceptum prudentiæ, si non potes quod vis, velis quod potes appellari volunt hanc curationem coactam, eam verò quam sublata omni urgentia tenerent, regularem. Semper hæc inanes arguitæ devolvuntur ad quæstiones de nomine. Constat verò

Occurrendū ei quod urget ut cunq; petueratur methodus.
3. sanita. tuend. & 11. meth. & 1. ad Glaut.
Cum unū vehementissimè urget reliqua vel negliguntur.
Qua regularis, & qua coacta dicatur curatio.

verò primus melius distinguere id quod opti- *Quando*
 mum ab eo quod necessarium. Sed proceda- *occurren-*
 mus. Si nihil eorum quæ ad sunt, urgeat, aut *ad causæ*
 omnia æque, neque tamen possit omnibus oc- *sine qua*
 curri simul, sed ordine quodam, tunc viden- *non potest*
 dum an alterum obstet alterius curationi, ita *agi cura*
 ut, nisi eo sublato, alterum curari non possit *tr.*
 (vocat hanc Galenus causam sine qua non po- *Societas*
 test agi curatio) atque illi occurrendum *prius*
 est. Velut si qui laborat febre continua ex suc- *ventriculi*
 cis consistentibus intra venas, si aut laboret *solvenda*
 facietate ventriculi, antequam *antequam*
 debet ventriculi facietas solvi. Quia et si, ne- *mitteretur*
 que succorum putrescentium in venis, neque *sanguis.*
 febris causa sit, obstare tamen quominus san- *in ulcere*
 guis mitti possit, quia ventriculo crudis ple- *sordido. &*
 no, non sine magno periculo distributionis *cavo quis*
 mitteretur. In ulcere sordido & cavo, exter- *tenendus*
 gentibus utendum antequam sarcoticis, & his *ordo.*
 quam agglutinantibus, quia sordes carnem gi- *Quando*
 gni prohibent, & nisi hac genita, labia dissi- *incipiendū*
 uniri non possunt. Talibus obstaculis summo- *à causæ*
 tis, aut si talia obstacula non sint, tenendus est *facientis*
 ordo tertius, qui & maximè omnium est le- *sublacione*
 gitimus incipiendumque à causæ facientis su- *qui est or-*
 blatione, & procedendum ad id quod ab ea *do maxi-*
 fit usque ad ipsum morbum, cum quo necessa- *mè legiti-*
 rio tollentur symptomata. Hinc fit, ut cū par- *mus.*
 te quapiam affecta totum corpus indiget eva- *Indicatiōe*
 cuatione, non ante veniendū ad localia fit, quā *causæ non*
 ante re-

niendū ad
localia
quā totius
facta su
vacuatio.

Causa
morbi est,
quæ facit,
& quæ fe-
cit & quæ
faciet.

Inter eva-
cuationes
ipsas ma-
gis univer-
sales præ-
cedant eas
quæ minus
tales sūt.

Missio
sanguinis
ante ex-
purgatio-
nem qua
causa fiat.
Expurga-
tio cur fit
ante par-
ticulares
vacuatio-
nes.

tius vacuatio facta. Quia multitudo aut caco-
chymia facit, aut potest morbum augere, aut
alium, graviolem fortasse, excitare. Quare ra-
tionem habet cause. Nam ut indicat morbus
præsens, ita & qui timetur. Ideoque censerī
debet causa, non quæ facit, aut fecit solūm, sed
quæ faciet, nisi quis oster. Eadem quoque ra-
tio est evacuationum ad evacuationes. Cum
enim aliæ alijs sint maiores, atque, ut quis di-
xerit, magis universales, ut missio sanguinis
quam expurgatio, quia illa omnium, hæc quo-
rundam succorum est, & expurgatio per ven-
trem, quam nictio, aut sudor: & hæc, quam ex-
creatio & emunctio: quæ minus universales
sunt cum magis universalibus comparatæ ad
localium auxiliorum vergunt naturam. Ut
ergo omnes evacuationes agi debent ante lo-
calia, ita inter evacuationes ipsas magis univer-
sales ante eas quæ minus tales sunt. Quare &
missio sanguinis ante expurgationem. Quia
multitudo, quæ missionem sanguinis præcipiē
indicat, nisi naturè tollatur, cacochymiam fa-
cit, à qua indicatur expurgatio. Expurgandū
etiam antequam provocetur urina sudor, aut
excreatio (si expurgandum scilicet est) quia
cacochymia totius & ventris fovet eam quæ
in venis & thorace, & alia quacunque pecu-
liari parte est. Itaque ubi complicantur mul-
tæ indicationes rerum præter naturam, hæc
sunt præcepta, & hæc ratio satisfaciendi illis
omnibus.

non raro incipiens ab ictu aut intemperie fluxionem convocat, convocata verò dolorem à quo nata est, auget. Ita quoq; sitis aliunde nata dormire non finit, & sublatus somnus, ficcando sitim auget. Et pervigilium natum ex dolore aut solitudine, sitim infert, sitis verò accedens nova vigilandi causa fit. Hoc cum evenit, utrisq; occurrendum est simul, quia utrinque proceditur à causa. Velut revulsoria evacuatione & anodinis simul medicamentis. Sóniferis quoque ad caput & sitim sedantibus ad linguam simul. In talibus ergo non opus est aliud ante aliud facere, quia multorum indicationes simul incidunt.

Caput Secundum.



CV M tamen dicimus faciendū hoc ante illud, non ita audiendum, quasi abstinentum ab hoc omnino, sit, usque dum illud sit perfectum. Ita enim putantes medici quamplurimi, tardius quam opus sit, occurrunt malis. Quo modo maxime peccatur in acutis. Verbi gratia, non sunt apponenda localia antequam toti corpori sit prospectum, neque utendum attemperantibus antequam vacuatum. Quid ergo? in phrenitide aut lethargo, aut inflammatione hepatis, nihil capiti, aut hypochondrijs admovebimus, antequam exquisitissime sit missus omnis

Evacuati-
one & lo-
calibus si-
mul & al-
ternatem
licet usi.

nis sanguis? ardet febris vehementissimè, nihil refrigerans, neque quod sedet sitim dabimus, antequam expurgata bilis sit? aut saltem non nisi urgentia nimia cogat? certè antequam mitatur sanguis, nihil rectè admoveatur capiti aut hepatis in illis, neque in his rectè quis attemperantibus utitur, antequam incipiat causam minuere clysteribus, aut vomitu, atque si urgentia adest, etiam ex purgatione. Tamen neque in tegra perfectaque sanguinis evacuatio expectanda ad admotionem recuperantium, neque purgatio ad usum refrigerantiũ & humectantium: Sed inchoante semper curatione ab illis quæ secundum artem debent esse priora, licet hæc interponere, & simul facere. Velut in phlegmonis curatione, constat re percussione influentium priorem esse resolutione eorum quæ partem obsident, quia quod influit causa est ejus quod obsidet. Tamè elapso principio, quod solis damus repercutientibus, incipimus utrisque simul uti repercutientibus dico & solventibus, augendis sensim his & detrahendis illis, ita ut meris solventibus nunquam utamur usque ad magnam inclinationem, quia non antea recursus alicujus novæ fluxionis timor cessat. Maximè si peculiaris causa timendi sit, velut in quibus calet plurimũ aut dolet pars, aut causa est valde tenuis, aut aliquid obstitit quominus vacuatio corporis satis produceretur. Magis autem si fluxio debilitati par-

Interponenda localia universalibus auxilijs.

Similitudo in phlegmonis auxilijs.

*In podag-
ricis tu-
moribus
quid agen-
dum.*

tis imputetur, ut in podagricis tumoribus, in talibus enim, etiam in summa inclinatione debet habere aliquid adstringentis, quod admoveatur, ne scilicet maior debilitas relinquatur in parte. Quia causa diachalcitis uti is est usq; ad perfectam curationem. His autem exceptis, in manifestis jam inclinationibus phlegmonum, ad solam resolutionem indicatio inclinatur.

*Obiectio
pro contra-
riorū equa-
litate in
curando.*

Quod alicui videri possit alia ratione methodum perdere, quod scilicet, inclinantibus tumoribus augentur eorum medicamenta propria, hoc est, resolventia, cum tamen dictum antea sit, debere remedia cum morbis augeri, & minui, ut scilicet semper sint æqualia. Non

Solutio.

tamen ita habet, non enim tam apponimus maiora quam impermissa, elevatis cōtrariis. Quod

Lib. 2. c. 1.

si contraria elevati eorum intensio est, id evenit ex accidenti, quia alia indicatio cessat. Atque hic respicientes diximus præceptum illud augendi, & minuendi auxilia ad morbi æqualitatem, intelligi, nisi quod aliud obstat artis præceptum. Velut nunc, obstat in summo vigore phlegmonis usui resolventium impermissorum indicatio fluentium, aut quæ facile possent refluere. Si igitur in usu localium adeò diversorium, & habentium inter se ordinem priorum & posteriorum, nihil obstat, immo ut melius dicam, res ipsa cogit utrisque ut simul, cur non & evacuationum, & localium eadem ratio sit, liceatque utrisque simul, & alternatè

uti?

uti? neque sane ad cucurbitularum admotionem, quæ ab alto exhauriant, necesse est corpus ita esse inanium, ut in maxima penuria constitutum sit, sed satis est esse vacuatum, quantum res tunc videatur exegisse, ne plenum sit.

Hypochondria quoque foveri possunt, antequam perpurgatum corpus sit. Nam cum ventriculus, ac præcipue ejus os laborat fluxione & sentitur esse laxus, ante etiam quam mitti sanguis incipiat, cautio est illum per diem ante aliquoties fovere aliquo roborantium, ut melino, absynthite, nardino, aut mastichino. Id quod magna utilitate fieri, re est expertissima, tametsi corpus vacuatum nondum est, sed id potius agatur, ut vacuetur. Neque sane a methodum est, quia, ut antea diximus, ordo à causa prohibente, seu à causa sine qua non, prior est quam ab efficiente. Consultum ergo fuerit cardiacos, non solis fomentis, sed esu etiam adstringentium fructuum, quales multi autumnalium sunt, juvare. Galenus etiam præcipit in arte quam scripsit ad Glauconem in omnibus febribus intermittentibus, quæ non sunt exquisitæ tertianæ hypochondria eorū quos nondum purgaverat, foveri. Mittatur tamen sanguis, prius, si modo mittendus sit, & localibus ne viscera laxent, admisceatur aliquid cor roborans. Sed hoc ad indicationem partis jam spectat, de qua paulo post dicendum est seorsum. Nunc de multis indicationibus rerum præter

De cucurbitularum admotione.

De hypochondria fove.

Libr. 1. c.
10. & 11.
& seq.

præter

præter naturâ, quæ simul conveniunt, agimus.

Caput Tertium.

TAQVE ubi componuntur simul multæ indicationes rerum præter naturam quarum cunque, quæ curationes indicant, hæc sunt præcepta. Incidunt enim sæpe multi morbi, & eisdem morbi multæ causæ. Morbi multi ubi adsunt, videndum, an alter alterius causa sit, an non sed casu simul inciderint. Velut qui laborat pleuritide necessariò etiam febricitat. Verum potest esse ea febris morbus per se, & independens ab inflammatione lateris, aut illius accidens. Si quis laborat cruditate ventriculi simulque suffusione oculorum, potest suffusio nasci à cruditate, aut etiam aliunde. Causæ quoque multæ quæ conveniunt, possunt ordine quodam esse, ita ut aliæ sint alijs priores, aliæque propiores morbo, aliæ remotiores, aut non, sed multæ partiales, æque proximæ morbo. Velut hæmitriti causæ sunt pituita & bilis putrescentes, neutra autem est, quam altera, prior. Putredo autem illa, & obstructio, & multitudo, & crassities, causæ sunt ejusdem febris, non æquè proximæ, sed ordinem quendam habentes ad se & ad illam. Nā multitudo & crassities, obstructionis, hæc prohibita ventilationis, hæc putredinis, quæ febris proxima causa est.

Multi morbi ubi adsunt quid faciendū.

Multæ causæ possunt convenire & quo modo, & quid agendum.

est. Eo igitur ordine illis occurrendum est. Quod si duo morbi adsint non solum ordinem habentes, sed, posterior prioris sit accidēs, sola prioris curatio erit satis. Velut qui ponebatur laborare simul cruditate acida aut nidorosa, & ab hac nascente suffusione, nullis medicamentis ocularibus uti debet, sed expurgatione, at-
 temperatione, & corroboratione ventriculi. Eadē ratio est, si ob hanc ipsam vētriculi affe-
 ctionem, aut hypochondriacam melancholiā laboret vertigine. Hypochondriorum enim aut ventris cura erit habenda, capitis nulla. Ita etiam si cui resoluta manus est, obstructione nervorū incervice huic sunt admovenda me-
 dicamenta resolventia succos, & laxantia ner-
 vos, manui autem nihil, nisi quod externas ar-
 ceat noxas. Hæc autem intelligo, cum secun-
 dus morbus mera sympathia est, & ut dixi, tan-
 tum accidēs prioris. Vbi enim à priori quidem
 cœpit, tamen jam non ab illo solū pendet, sed
 per se habet quippiam propriæ affectionis, de-
 nique secundarius quidem morbus est, tamen
 non mera sympathia, sed eatenus jam idiopa-
 thia, eatenus etiam curationem desiderat pro-
 priam, non contentus curatione prioris. De-
 bet verò esse ejus curatio ordine posterior, ut
 scilicet, morbus morbo posterior est. Velut,
 si, qui ponebatur suffusione per consensum
 ventriculi laborare, fumis solis intercurrenti-
 bus ante succum crystallinum, diuturnitate
 passionis

Cum duo
 morbi sūt
 & secun-
 dus jam
 non pēdet
 à priori
 quid agen-
 dum.

passionis contraxerit concretam suffusionem, seu catactam, aut nubem, non jam satis erit ventriculo prospicere, & si id sit agendum prius, sed opus erit suffusionem dissolventibus uti colyrijs, velut succi caucalidis, chamædrios, & sanguinaria, æquis partionibus, aut ejusdem facultatis alio (hujus enim nunc fortasse memini, cujus etiam meminit Paulus ex Oribasio) atque si ea concreta ac dura satis sit, acu deprimere: nubem fortè minoris centaurij succo cum melle. Aut mellis, bilis & succi fœniculi portionibus æqualibus. Ita quoque si cui à ventre, aut una quapiam particula ascendente tenui succo, aut aurâ epilepsia accidit, principio quidè sola ejus particulæ attemperatio, aut materiæ ascendenti inter ceptio, quæ laqueis, aut viarum intercisionibus ferro aut igne agi solet, possunt esse satis: ubi verò diuturnitate jam malum inolevit, tanto magis curandum ipsum caput est, quanto magis dilata est curatio, quia tanto plus cõparat idiopathiæ sympathia omnis, quanto diutius durat. Vtæunq; autem debet curatio incipere à primario. Multorum itaque morborum ordine quodam incidentiũ, hæc est regula. Si verò duo aut plures, sine ordine, casu incidentes, curari simul postulent, tenendus alius curationis ordo est, urgentiæ inquam, aut causæ sine qua non. Nam si pleuritici febris, accidens est, sola inflammationis solutione per sanatur, si autem etiam est morbus

*Epilepsia
exemplũ.*

*Cũ morbi
duo aut
plures sũt
sive ul sine
ordine.*

bus utriusque mali auxilijs utimur, magis autē ac prius,urgentioris. Causa quoque cum sine ordine incidunt, tollendæ sunt simul, si fieri possit, sin minus, & aliquid aliud obstat, quæ paratior, prius. Velut in hæmitrito dandū pharmacum cholagogum & phlegmagogum simul, si uterque luccus sit paratus, sin minus vacuabitur citius qui paratior. Quæ verò causa ordine incidunt, ordine quoque tollendæ priores anteposteriores, eo modo quo dictum est. Velut si morbus regius sit ab diffusa bile: hæc autem diffunditur ob vesicæ suæ obstructionem, obstruitur verò illa vesicæ à pituita, prius debet dari pharmacum phlegmagogum, deinde aliud cholagogum. Regula enim in his est, incipientes à morbo procedere in causas, resolvendo, usque ad primas earum, quæ præsentés cum sint, indicant curationem (procatarticas enim & absentes dictum est, non indicare) & ab illis rursus inchoata curatione, contrario ordine curare, ac causarum inventionem fecerimus. Velut quia febris putrida nascitur à putredine hæc ab obstructione, hæc à multitudine & crassitie: primum omnium est deponenda multitudo, mox apperendū, mox coquendum, quod contrarium est quarescentiæ: mox quod omnino emendari non potuit, ex purgandum: ultimo intemperiei occurrendum. Nam etsi eorum qui ita laborant, quidā in cœperunt febricitare sine ulla externa causa,

*Causa cū
incidūt si-
ne ordine
quid agen-
dum.*

*Causa cū
incidunt
ordine a-
liquo.*

*Morbi re-
gy exem-
plum.*

*Regula cū
multæ in-
cidūt cau-
sæ ordine
aliquo.*

Lib. 2. c. 2.

Lib. 2. c. 2.

Lib. 2. c. 2.

Lib. 2. c. 2.

Lib. 2. c. 2.

Lib. 2. c. 2.

Lib. 2. c. 2.

Lib. 2. c. 2.

Lib. 2. c. 2.

Lib. 2. c. 2.

Lib. 2. c. 2.

Lib. 2. c. 2.

Lib. 2. c. 2.

Lib. 2. c. 2.

Lib. 2. c. 2.

la, paulatim ob assiduam voracitatem cōgestis multis, & crassis, à quibus nata est obstructio, & ab ea putredo, à qua febris: alijs tamen initium ægrotandi fuit refrigeratio quæ densitatem cutis fecit, & hæc insensibile effluuium cohibuit, quod cohibitum venas replevit, quæ repletio earum peperit obstructionem, quæ simul cum cutis densitate ventilationem prohibuit, & putredinem induxerunt, proximam febris causam: in quibus juxta dictam regulam videtur ex ordiendum à calfaciantibus & laxantibus cutem, cum id fuerit totius mali exordium, tamen in his quoq; si cum accedimus ad ægrotum externum frigus iam recessit, & homo jam aperte febricitat, rectius incipitur à missione sanguinis, quia etsi densitas cutis quæ adhuc manet ordine causæ facientis prior est, quam multitudo, tamen hæc est causa prohibens seu sine qua non. Quia non possit ulla laxantium & extergentium admotio poros aperire corpore pleno: immo verò convocando plus, arctiores reddet. Cum ergo dictum sit indicationem prohibentis priorem esse quæ facientis causæ, constat in utrisque dictorum inchoandam esse curationem à missione sanguinis. Interest tamen multum, quibus in quibus nulla cutis densatio, neque refrigeratio manifesta ante cessit, sola evacuatione multitudinis, & incisione crassorum, & concoctione crudorum, & expurgatione ex putridis

con-

In quibus febris putridæ initium fuit cutis refrigeratio utendum missione sanguinis, indicatio causa sine qua non. Capit. 1. hujus libri.

concoctorum perficitur curatio, nisi fortè etiam à dictis ulla attemperatio desideretur: tamen in alijs mox à sufficiente multitudinis depositione confert uti inunctionibus laxantibus & extergentibus. In quem usum ego chamemelini uncijs duabus cum nitri drachma uti consuevi; ad tollendam, scilicet, densitatem cutis, quæ mali prima causa fuit, & adhuc manet, Maturat verò hec eadem inunctio concoctionem, & ad decretorios sudores corpora preparat. Constat verò eadem ratione fore utilem hanc inunctionem in quibus vis febribus nimis densatæ cutis signa sunt, velut in quibus maculæ publicum morsibus similes per cutem sunt, cohibitis nempe sub eadem densata, quæ oporteret insensibiliter expire, vel saltem exsudari. Eodem ergo modo quod dictum est, procedemus in ictero, & alijs omnibus morbis quorum multæ causæ sunt. De multis itaque indicationibus rerum præter naturam simul incidentium hæctenus dictum sit. Dixeramus autem prius de indicationibus rerum naturalium. Superest ut coniugamus utrasque.

Caput Quartum.



VNC ergo de indicationibus rerum naturalium & præternaturam quæ semper in morbis conjunctæ sunt, dicamus. Semper enim certè conjunctæ sunt. Nam

numquam non sunt consideranda medico natura & morbus. Cum tamen hæ indicationes in omni morbo complicatæ sint, nunc sunt similes, nunc contrariæ. Evenit enim morbum & naturam in eundem excessum inclinare, velut in bilioso febricitante: aut in contrariu, ut in hydropico bilioso, aut febricitante pituitoso. Cum igitur res naturales, & præternaturales contrariæ sunt, petunt similia: cû sunt similes petunt contraria. Quia quæ naturalia sunt petunt sibi similia, quæ præternaturam, contraria: eadem autem sunt his contraria, & illis similia, cum ea sunt invicem contraria. Cum verò ea evenit esse similia, eorum indicationes sunt contrariæ. Quo pacto autem fiet satis utrique partim antea dictum est, cum seorsum ageretur de utrisque, partim nunc dicetur. Homo humidus, verbi gratia, laboret morbo humido. Quomodo poterit medicus dare naturæ humida, morbo sicca? nam quomodo sit humida, & sicca eadem curatio? porro cum petunt similia, quousque oportebit au-

De indicatione à te per amē o totius corporis.

Calidiora calidioribus, & frigidiora frigidiora debent quomodo intelligatur

xilio-

xiliorum vires intendere? durum enim quini-
 mo, & falsum prima fronte esse videtur, di-
 cere, frigidum hominem cum febricitat, frigi-
 dioribus uti debere, quam calidum, & febrici-
 tantem. Hic enim, cum geminum habeat ca-
 lorem, summa, acerrissima refrigeratione vide-
 tur indigere. Videtur sane, perpendiculari autē
 acris videbitur ratio in contrarium cedere.
 Nam cum ambo, natura in quam, & morbus
 petunt similia, duabus indicationibus in idem
 conspirantibus, illa ipsa quæ petuntur dari de-
 bent intensiora. Cum verò natura, & morbus
 contraria petunt, dabuntur quæ petit morbus,
 sed tanto remissiora, quanto naturæ indicatio
 in contrariam partem inclinat. Proinde si ho-
 mo natura calidus tenetur febre minus frigi-
 dis curandus erit, quam frigidus qui eandem
 teneretur, nisi obstat consuetudo (obstat verò
 in talibus sæpe.) atque si ulcus, quod ut morbus
 humidus tractari semper debet, in parte sicca
 sit, ut in capite, siccioribus medicamentis erit
 curandum quam si in humida ut in clune. Et
 quæcunque pars ulcerata sit, in viro quam fœ-
 mina, & adulto ac multo magis iam sine, quam
 in puero ac multo magis infante, siccioribus
 curari debet. Et eadem medicamenta humi-
 dioribus partibus sunt sicciora, & siccioribus
 humidiora. Velut thus quod inspersum parti
 moliori carnem generat, in parte sicca est sup-
 puratorium; Hæc docent illa Galeni verba,

*Calidus
 morbus in
 corpore
 natura ca-
 lidominus
 eget refri-
 gerantibus.*

*Calidus
 morbus in
 corpore fri-
 gido eget
 frigidiori-
 bus, &c.*

calidiora calidioribus, frigidiora frigidioribus, sicciora siccioribus, humidiora humidioribus indigent auxilijs. Neque verò proinde non dantur contraria æqualia morbo, quia dantur in calido febricitante minus frigida, quam darentur si calidus natura non esse. Non enim est morbus totus calor qui inest, sed qui præter naturam: neque quidem qui præter naturam communem, sed præter cuiusque propriam (sua quippe natura vivit quisque, non communi) æqualis enim fervor in calidiori natura minor febris est, quam in frigidiori, quia minus est quid præter naturam. Merito ergo paret minoribus contrarijs, curaturque nihilominus æqualibus. Atque nunc quoque etsi ob febrem dentur frigida, naturalis tamen calor servatur similibus, & æqualibus, quia tanto dantur minus frigida, quanto homo est calidior. Quod si tanto minus frigida certe & tanto calidiora quam darentur si calidus non esset: Respondet ergo ita naturali calori æqualis calor, & calori præter naturam æquale frigus, in auxilijs. Hoc solum interest, inter hanc, & sanorum hominum conservationem, quod pro sanis sola, ut par est, utimur conservatione, pro ægrotis verò simul cum curatione. Exquisite autem faciendi, hæc unica, eaque facillima est regula. Considerare cuiusque hominis propriam naturam, & recessum morbi ab hac ipsa, facereq;

ut auxilia æquali excessu inclinent in contrariam qualitatem. Velut si calidus naturaliter uno gradu, caleat nunc secundo, curari poterit temperatis. Quia temperatum & calidum secundi gradus à calido primi æqualiter ab sunt. Si verò qui ita febricitat temperata natura sit, frigida secundi ordinis desiderabit auxilia. Verum est vbi naturalis temperies ejus qui morbo simili tenetur, plurimum recedit à moderata, ut cum non est, ut cunq̄ue calida, sed valde biliosa febricitantis, aut pituitosa catarrhosi, licere medico plerunq̄; uti victu, & curatione intensiori quam præsens postulet morbus, ac fortasse etiam quam si morbus esset cõtrarius, ut in valde bilioso febricitate quam in pituitoso. Idq̄; duplici causa: prima quidẽ ea quam iam tetigimus, consuetudinis. Rarum enim sit extremae intemperiei non inẽ non alluevisse contrarijs. Altera est in aptitudine quæ in talibus est, incidendi in extremas corruptiones per morbos similes, velut valde biliosus in tabe per febrẽ, valde pituitosus in hydropem per catarrhos. Cum tamen tali aliquo timore augemus vim remediorũ supra præsentis morbos, non deficimus à methodo. Neq̄; enim ob præsentẽ affectionẽ, sed ob eã quæ timetur, facimus. Indicat verò quod merito timetur, ut quod iã ad est. Nã & de morbo magno & n. i. one sãguinis est id sēper medicis in ore. Ita ꝑ; apparatus hominis, aut partis ad graviora, cogit medicũ

Vehemēter lapsas naturas etiam per morbos re ducendas esse docet. Tunc verò calidiora frigidioribus, & contra conveniūt

uti remedijs præsentibus malis maioribus, idq; salva methodo. Exemplo sunt ulcera pudendorum & ani, quæ curamus medicamentis, sic cantioribus etiam, quam quæ consistunt in capite, & ossibus. Non sane quod sint eę partes sicciore, non enim sunt, sed quia sordium coluvioni, ac proinde magno malignæ putrescenciæ periculo expositæ: quam, vehementius etiam, quam ulcus præsens, & nativa partis temperies postulat, siccando, præcavemus. Itaque regula de contrarijs æqualibus admovendis hæc habet considerationes, quæ alia ratione referri possunt ad indicationes complicatas, de quibus hæcenus dictum est.

Caput Quintum.

De indicatione a parte affecta.



Vnica super est indicatio dictis necessario adijcienda. Hæc verò est quæ accipitur a parte affecta: quæ ad curationis differentiam nulla alia minus facit, sed plus etiam quam pleræque. Necessè igitur est eum qui medendi methodo recte sit usus, partium dissectionem, & ratione dignoscendi locos affectos ex prioribus tractationibus didicisse. Hinc enim solum expedire debet, quid quæq; pars, & quam ob causam indicet. Hæc ubi dicta erit, censei poterunt dictæ omnes ad curationem necessariæ indicationes, at qui hæc quoque partim est dicta.

Ante medendi methodo didicisse oportet partium dissectionem & ratione dignoscendi locos affectus.

Etā. Nam quæ à partis temperamento eadem
 est, & quæ à temperamento hominis. Nimirū
 ut toti homines, ita & partes singulæ, calidio-
 res calidioribus, frigidiores frigidioribus, hu-
 midiores humidioribus, sicciore sicciore
 indigent remedijs. Ob id enim diximus, capi-
 tis & ossium, ac nervorum, motorum, quam
 carnosarum partium ulcera, sicciore curari.
 Sed præter temperamentum considerantur in
 parte quædam quæ curationem non parū fa-
 ciunt evariare. Necesse autem fuit hanc indi-
 cationem seorsum à dictis omnibus, maioris
 distinctionis causa explicari. Non enim hæc
 indicatio quam nunc suscipimus pertractan-
 dam, est similitum aut contrariorum, velut prio-
 res duæ, sed modi tantum, aut utendi, aut ipso-
 rum medicamentorum ob peculiare partium
 conditiones. Priores ergo indicationes oportuit
 præsciri, mox hanc adiungi. Sunt verò
 quæ in affecta parte consideranda veniunt, ut
 pote ex quibus talis indicatio fluit, actio, dig-
 nitas, utilitas, situs, magnitudo, figura, sensus, &
 proprietas. Ob actionis indicationem, ad ven-
 triculum aut hepatis nunquam utendū est me-
 re laxantibus, sed cum quam maximè oportet
 emolire aut resolvere debet admisceri adstrin-
 gentis aliquid, quia actio harum partium, cō-
 coctio in quam prima & secunda, maximè ne-
 cessaria est toti corpori, præcipue ad eos mor-
 bos superandos qui pendent ex succis. Et ea

Cap. præ-
 cedenti.

Indicatio-
 nes à par-
 tium acti-
 one.

Exēplum
 in ventri-
 culo & he-
 pate, in
 quibus cō-
 per est viē

*In adstringenti ali-
quo.*

concoctio quæ in his officinis agitur, præter partium temperiem, quandam firmitudinē, & adstrictionem desiderat. Quapropter siue calfaciendum, siue refrigerandum, siue siccaudū, siue humectandum est, adstringendum simul est non nihil, vel eadem materia utrunq; præstante, ut absinthites, & nardinum ac mastichinum oleum, calfacit & adstringit: melinum & rosaceum, & omphancites refrigerat, & adstringit, aut admisto adstringente cum reliquis alterantibus, ut si cum plurimi chamæmelino aut violato admisceas aliquid aceti, aut succi vixæ acerbæ. Adstringendam itaq; semper est, maximè autem cum siccaudum, minime cum humectandum, medioeriter, cum calfaciendum aut refrigerandum solum. Quia quæ adstringunt, hac ipsa causa, siccant, exprimendo succos. Quod cum alio qui curatur membri ariditas, maximè potest nocere: cum humiditas, iuvare: cum calor aut frigus solum, indifferens est: iuvat verò servans partis tonum, & firmitudinem. Sed hoc iam est, conjungere indicationes affectus & partis. Ipsæ per se dictæ partes adstrictionem desiderant. Ijs quæ ad lienem parantur aut renes minus est opus adstringentia misceri, non nihil tamen etiam his: illis verò quæ ad pectus nihil. Quia emolli-
litio & laxitas respirationis facilitatem auget, adstrictio contra. Hac causa in pleuritide, & perineumonia, ne initio quidem admoveamus

repe-

In vetriculo & hepate semper adstringendum, sed maximè cum siccaudum, minime cum humectandum.

In liene, & renibus non nihil adstringendum.

repellentia, ut in alijs inflammationibus, sed omnium localium usum tantisper differentes, ut missio sanguinis præeat, ab anodinis laxantibus, & resolventibus, incipimus. Quorum mox, ut vacuatio procedit, vires augemus. Nimirum in his ob indicationem partes, censemus tutius, fieri fluxioni revulsione adversari, quàm repercussione. Quia hæc, præter dicta alius condi materiam, facit, atque ita pro pleuritide perineumoniam, & pro perineumonia suffocationem. Quòd etiam timentes in Ischiade abstinemus à repercutionibus: nihilominus in hæmoptoica, ubi ruptum, aut laxatum vas est, adstringentia admovemus pectori, unguenta, cataplasmata, & emplastra, præcipuè antequam oborta inflamatio sit: quia tunc agglutinandi est summa necessitas, laxandi autem pectoris, exigua, cum in requiem ea dispositio desideret, ac si fieri posset, etiam respirationem vitaremus. Vitamus clamores, quin & loquelam. Vincit ergo tunc longo intervallo indicatio ab affectu indicationem à parte, contra ac in inflammationibus. Dignitas partis, ut morbum facit censeri maiorem, ita curationem iubet augeri, si non auxiliorum magnitudine, tamen sollicitudine instituti, ita ut nihil contemnatur. Atque hæc quoq; postulat, ut inter ipsa auxilia deligantur securiora, & minus violenta. Tales enim partes, quia cum maiori periculo læduntur, mitius tractantur.

In pleuritide perineumonia & ischiade non utendum adstringentibus seu repellentibus ne initio quidem & quæ causa.

Indicationes à partis dignitate.

Con-

Contrá in partibus ignobilibus multi morbi
 citra curationem, neglecti relinquuntur: &
 cum curantur, tractantur liberius, secantur,
 scilicet, & uruntur. Proinde in adenosibus parti-
 bus non tanta maturatio abscessuum expecta-
 tur, quanta in alijs partibus. Tum quia faci-
 lior est in talibus elapsus ad malignas putref-
 centias: tum quia nihil refert, partes adeo ig-
 nobiles, vel dilacerari. Ob has ipsas causas, ut
 nuper tetigimus, siccamus valentius, & seca-
 mus ac urimus audacius partes pudendas, cum
 exulceratae sunt, quam alias ejusdem tempe-
 riei in eodem affectu. Nam etsi non sunt tam
 laxae & debiles, quam adenes, tamen ob assi-
 duum, necessariumque confluxum excremen-
 torum, sunt in praecipiti periculo malignae pu-
 triscentiae. Siccantur ergo intensioribus quã
 pro natura partis, & praesenti morbo, timore
 imminentis: quia minoris periculi est, mem-
 brum ex parte perdere, aut in contrariam in-
 temperiam habitualiter transferre, quam su-
 perveniente gangrena, aut excedente ulcere,
 hominem mori. Talis itaque medicamento-
 rum excessus non à naturali partis temperie,
 ut Galen. videtur innuere, sed à morbo, qui
 probabiliter timetur indicatur, ut nuper de
 summe bilioso febricitante diximus. Et sunt
 quidem alia multa in arte ejus modi: in quibus
 mala quaedam permittimus gratia vitandi ma-
 iora. Sensus quoque partis aut habitudo mul-
 tum

*Partes pu-
 dendas si-
 camus va-
 lentius
 quam pro
 natura
 partis ti-
 more im-
 mimentis
 . . . autem
 indicatio-
 netemperiet
 partis cõ-
 tra Gal.*

*c. x. hujus
 liber.*

sum facit curationes evariare. Nam quæ acris *Indicatio-*
 sensus sunt, facile irritantur ab acribus, quæ he *nes a sen-*
 betis, non ita. Hinc fit, ut ocularia medicamē- *sus acul-*
 ta esse debeant, quoad fieri possit, mordacitatis *tate.*
 expertia, & lota, & tenuissime trita, & ut levi-
 ter etiam debeant admoveri chyrurgi manus:
 ita etiam, & quæ nudis nervis admoventur:
 contra quæ ossi, possint sine ullo malo esse cau-
 stica, & admoveri durius. In situ partis confi-
 derantur hæc, quo in loco sita sit pars, & quem *Indicatio*
 positum habeat ad alias partes, seu ad vias, & *nes a sum*
 quam interna, aut externa sit. Nam ex his om- *partis.*
 nibus nascitur magna curationis differentia.
 Quia enim hepar, ibi locatum est, ad ejus mor-
 bos ad moventur medicamenta hypochondrio
 dextro, ut ad morbos lienis, sinistro, ad morbos
 vesicæ, supra pubem, & inter scæmineo, ad æso-
 phagum, inter scapulas. Eadem indicatione
 ad ventriculum utimur esu aut potu medica-
 mentorum: ad intestina, infusis per sedem: ad
 uterum & vesicam, per pudendum: ad pulmo-
 nem, & thoracem, linctu. Quia per gulam in
 vetriculum, per sedem in intestina facile itur.
 In pulmonem & thoracem, non aliter quam
 ligendo, & leni quodam delapsu per asperam
 arteriam. Ab eadem indicatione pender recti-
 tudo, quæ in missione sanguinis servatur: ut
 scilicet ob partes hypochondrijs humiliiores,
 secantur venæ in cruribus, ob ipsa hypochon-
 dria & partes superiores in brachijs, & in his
 ob

*Rectitudo
 in mitten-
 do sangui-
 ne indica-
 tione situs
 partis, ser-
 vatur.*

Indicationes à parte quatenus interna, vel externa est.

ob partes superiores colo, humeraria, ob inferiores interna vocata, ob dextras dextra, ob sinistras, sinistra: ob omnes æquò laborantes, aut nullam insigniter, vocata media, seu communis in utralibet aut utraque parte. Porro partem valde esse internam aut externam ad eò curationem evariat, ut mutari faciat vires & naturam medicamentorum. Galenus ubi affecta particula in penitiorbus est, longè que ab est à cute, cui admoveri medicamentum debeat, aut ab ore, per quop accipi, si calido medicamento sit opus, jubet uti tanto calidiori quam pro morbi magnitudine, quantum virium exolui possit in via: si verò frigidus, non simpliciter augeri vires medicamèti, sed quæri quod tenuium partiū sit, ac admisceri aliquid quod penetret facile. Quia quod frigidum, si intenditur, ipsum sibi vias obturat, atque quo augetur plus, eo ad partes in alto possitas pertinet minus, refrigerabit verò & obturabit summas, & ita quoque lædet plus, calidum detinens efluvium. Calor verò auctus penetrationem auget, quapropter eo solum, quod per viam deposuerit, amisso, affectam partem attinget affectioni æqualis. Ergo, inquit, calidi medicamenti non sit opus mutare substantiā, sed augere vires: frigidi verò retento frigoris gradu mutare substantiam, in tenuiorem, aut tenuiorem admiscere. Mihi vero videtur satius, hoc agi in in utrisque, calidis, inquam,

& frigidis penetrantia misceri, aut tenuem po-
 tius deligi substantiam, quã vires augeri. Quia
 hæ si augentur, periculum est, ne dum medi-
 camentũ in partem agram mittitur, substantia
 in via sunt, lædantur. Quod facilius patien-
 tur à calidis, atque multo magis, si sint etiam
 crassa. Nam quæ crassa simul & calida, caustica
 multo magis sunt, quam aquè calida & tenuia.
 Quia causa calochyndem præ alijs expurgan-
 tibus intentem pulverem redigi volunt, quia
 scilicet nulla ratione melius ejus vires refrin-
 guntur. Atque eadem quæcũque meriti mihi vi-
 detur damnari pharmaceorum cõsuetudo,
 qui in catapotia & electaria denittunt scamo-
 nij evidentiã frustra, idẽ ne putat esse, terere
 crassius; cùm tamen differentia terendi intra
 pulveris formam intelligi debeant. Quæ enim
 citra illam, contundi aut confrangi dicuntur
 veriùs. Sive igitur calida sive frigida adtro-
 ventur, sive accipiuntur, ut in partem profun-
 dam penetrent, curandum est, ut quò mittuntur,
 qua desiderantur intensione, pervenire pos-
 sint, adjecta potius penetrabilitate, quã acutis
 viribus. Quamquam has quoq; licebit augere
 quãtũ sine periculo possint partes quæ inter-
 sunt tolerare. Hac indicatione quæ pro vètre
 damus crassarũ partiũ esse volumus, ut austera
 & accerba, ut si per se tenuia sint, crassius tritu-
 rata accipimus, ut expurgãtia & aromata, quæ
 nõ adeo angusto cribro excernimus, quã suda-
 toria, &

da aut te-
 nuis potiùs
 deligenda
 substantia.

Pharmã-
 ceorum
 consuetu-
 do dãmna-
 tur, qui
 evidentiã
 frustaca-
 monij de-
 mittunt
 in electa-
 ria, & ca-
 tapotia.
 Differen-
 tia teren-
 di intra
 pulveris
 formã in-
 telligide-
 lent.

& cordialia, neque tamen adeo crassa probamus, ut non cribrentur, sintque pulveres, ut nuperrime diximus. Quæ pro renibus, utero, & vesica, ad quæ angusta, longa, & anfractuosa via est, tenuium partium, & tenuissime triturata, atque exactissime cribrata volumus. Quod si quæ crassarum partium eo mittere opus est, ut ad ulcera, quæ siccent & adstringant, & quæ sensum obtundant, ad miscemus tenuia quæ deferant, etsi calida & apperientia sint, velut introchiscis alchechengi, & alijs opiatis, estque cum sola triturationis differentia medicamenti opus mutat, adeo, ut sint quæ crassiuscula triturata expurgant per aluum, & triturata tenuissime movent menstruas purgationes, & urinam. Exemplo sunt catapotia ex hiæra. s. Galeni adeo familiaria, & rhabarbatum. Quæ verò ad dictas omnes partes, aut ad cerebri meninges aut medullam, aut articulum profundum, qualis incoxa est, exterius admoventur cuti, siue calidis siue frigidis opus sit, tenuium partium esse debent, aut accipere in missione aliquid quod deducat. Si verò cutaneas partes, siue contusas, siue intemperatas, siue exulceratas, curare volumus, crassa sunt commodiora, & efficaciora. Proinde ad contusam cutem utimur myrtino, ventriculo autem aut hepatis aut reni melinum potius imponimus, capiti rosaceum, quia & acetum miscemus deducendi causa. Proprietate etiam quædam

Sola triturationis differentia medicamenti opus mutat.

dam sunt quæ à quibusdam partibus affectis *Indicatio-*
 expètantur, & quædam quæ respuuntur. Vel *nes à pro-*
 ut oleum exasperatas alias omnes partes deli- *prietate*
 nit, & dolentes mittigat: tamen irritat oculos, *partis.*
 & exasperat laryngem, quapropter ocularijs,
 & arteriacis medicamentis interdictum est.
 Tepida alijs omnibus partibus grata, & ano-
 dina sunt, ventriculo ingratisima, & noxia.
 Hepati etiam interdicit Galenus actu frigida,
 cum renibus, & alijs partibus ardentibus geli-
 da admoveat. Ego quidem nimium, & prop-
 teruum usum frigidorum super hepate vito,
 quia id membrum, etiam cum ardet, labitur fa-
 cile in contrarium lapsum, manetque non raro
 subjecto frigidum & ignitum, cinerum, & car-
 bonum more: tamen quibus naturale robur in *Hepati*
 ea parte constat, & intemperie calida flagrat *aliquando*
 hepat, utiliter admovetur oxyrrhodinû actu *admove-*
 frigidum, ut infunditur in synciput: aut etiã *tur oxyr-*
 cataplasmata ex eo cum farina hordeacea, aut *rhodium*
 contullis herbis parata, virtute aque atq; actu *actu frigi-*
 frigida. Atqui profecto hoc reperi per oppor- *dum, & a*
 tunum in ardentibus febribus cum eius visce- *lia medi-*
 ris phlogosi. Colores ad alias omnes partes, *amenta.*
 indifferens est, extremi sint, ut valde candidus
 & niger, an mediocres, ut ceruleus & viridis,
 ad oculorum verò affectiones plurimum re-
 fer, illis enim violenter dissipatur, aut premi-
 tur obtutus, his delectatur, & reficitur. Ab hac
 indicatione fuit usus omnium medicamento-
 rum,

Præferenda medicamenta quæ qualivisa manifesta operantur sed non negligenda quæ proprietate.

Rubrorum conspectus quibus noxius, & quibus utilis ex oculorum proprietate.

rum, quæ ab antiquissimo illo seculo medicæ omnes usurpant has aut illas partes proprietate quadam roborare, aut ab his aut illis partibus expurgare. Vnde apud auctores omnes, tã græcos, quam arabes, & latinos veteres, ac recentes, catalogi capitalium, cordialium, hepaticorum, splenicorum, & similiũ. Quibus quidẽ omnibus ego præfero quæ manifestis qualitatibus operantur, non tamen hac omnino negligo. Quia cum certo sciam, nihil sine causa fieri, non dubito hæc ipsa quorum me latet, re vera habere idoneas. Hisque recte accommodari illa Hipocr. verba, multa quidem sunt nobis spontanea, naturæ verò non spontanea. Ut igitur Empyrici est, rem totam his proprietatibus committere, ita temerarij in tantò omnium medicorum consensu, eas omnino rejicere, ac non potius, quo ad fieri possit, utraq; conjungere. Ruber etiam color laborantibus ophthalmia noxius est, quia ob sympathiam accurrit ad oculos cum multo spiritu sanguis qui motus sanguinis ad eò in quibusdam hominibus evidens est, ut non oculi solum, sed ob ipsos facies etiam rubore suffundatur, atq; non nihil etiam in partes alias redundet, qua causa conspectus rubrorum spuentibus sanguinem, & erysipelatè laborantibus noxius est, utilis verò quibus ad cutem volumus sanguinem revocari, ut exanthematis laborantibus. Constat verò horum omnium causam ad proprietatem oculi

oculi referri, & inde esse horum indicatione.
 Partis enim indicatio non solum mutat inten-
 tiones curantis medici, sed materiam etiam
 tum simplicem, tum compositam, & compo-
 nendi modum, quod Galen. toto opere
 de compositione medicamentorum secun-
 dum locos persecutus est. Magnitudo, & Magnitu-
 figura partis ad auxiliorum speciem nihil
 faciunt, ad magnitudinem, & figuram ad figure par-
 movendorum non nihil. Nam has ob cau-
 sas admoventur ventriculo scutiformia, he-
 pati rotunda, heni luniformia: maioraque
 pro toto ventre, quam pro gracilibus so-
 lum intestinis, aut vesica, aut utero. His
 capitibus continentur omnes faciendorum
 indicationes. *1101. es.*

Caput Sextum.

EX dictis constat unicæ indica-
 tionis nullam curationem esse.
 Quia rei præter naturam & na-
 turalis indicationes, necessario
 complicantur, præter res externas, quæ en-
 cessario etiam accedunt. Quantumvis enim
 morbus sine causa sit, ut hectica febris, & dia-
 riarum quadam, & ulcera simplicia, & si-
 ne symptomatis, quorum gratia mutari

quippiam in curatione debeat, tamen totius hominis morbus est, aut partis eius, necesseque est eius curationem ab hominis natura, aut partis temperie aut compositione recipere differentiam. Sunt tamen morbi in quorum curatione unica rei præter naturam est indicatio, hæc verò est ipsius morbi: qui quidem dicuntur à medicis curari prima intentione. Et merito quidem, quia intentio tollendi ipsius morbi, & contrariam illi affectionem inferendi, omnium prima est, cum sit ipse, curationum finis, morbi sublatio, finis, verò semper sit primus in intentione, adeò ut hæc intentio vulgaribus æquè ac medicis nota sit. Febrè enim extingui, dissita vulneris labia agglutinari, luxatum articulum reponi, convulsam nervum laxari, resolutum firmari æquè vult idiota & artifex, hic autem non id vult simpliciter, sed mediorum peritus, habet alias intentiones, inventionem quidem posteriores, executionem verò priores, velut sublationem causæ, aut rei prohibentis, ut diximus cum de indicationibus rerum præter naturam complicatis differeremus. Qui verò morbi ipsi soli indicant primam intentionem curantur. In hoc genere sunt ulcera simplicia, & diaræ, quarum causæ recesserunt, & hæcticæ quæ cum nulla alia febre complicatæ sunt. In his enim omnibus sola obiectio contrarij ipsi morbo secunda & elegans curatio est: Neque aliud quippiam præterea

Qui mor-
bi dicantur
à medicis curari
prima
intentione.

curantur

curandum, nisi forté præcavere, ne dum hæc aguntur, in aliud morbi genus trãseatur quod non aliter melius, quã vitatis erroribus, & re-
 tãe instituto victu, providetur. Quod non in-
 telligentes plarique chirurgorum, atque adeo
 & medicorum, plus satis in curationibus nego-
 tiosi, & plus quam opus sit olei, & operæ im-
 pendent, morbos ex simplicibus non simpli-
 ces, & ex brevioribus longiores faciunt. Ulce-
 ra simplicia sunt, in quibus nihil aliud est quã
 continui solutio, neque in quam est contusio,
 neque deperditio partis, neq; pus aut sordes,
 neque labiorum inflmatio, aut alius tumor,
 neque subiectæ partis intemperies, neque ur-
 gens symptoma, ut fluxus sanguinis dolor ve-
 hemens, aut convulsio. Tale verò ulcus, non
 carni solum, sed membranis etiam & tendoni-
 bus, & ossibus potest accidere. Quodcunque
 enim horum, & eorum multa simul possunt
 simpliciter dividi. Constat verò talia ulcera
 non posse esse in veterata, nam nisi sordes ac-
 cederet aut intemperies, aut deperditio partis
 aut cum hac nuditas, omnia per se ulcera sane-
 scerent, antequam veterascerent. Sunt itaq;
 omnia quæ simplicia recentia, quia diuturni-
 tas ex impedimento aliquo nascitur. In his tã-
 tum curandum est, ne quid aliud accedat mali,
 & ut uniantur quæ secta sunt. Cum ergo ul-
 cul est in carne recentissimũ sinendus est san-
 guis fluere solis, quia ita minus tentabitur in-

Ulcera

simplicia

qua sint

et quomo

do curantur.

inflammatione pars, & hac eadem causa cibanda
 homo tenuissime & potandus aqua, ac si
 plenus esse sentiat, vacuandus, secta vena.
 Ipsa vero quæ dissecta sunt, unienda, si quidē
 vineulis & fascijs solis adduci satis possint, his
 solis, quam maxime fieri possit firmis & indo-
 lentibus. Sin autem non, superposito aliquo
 agglutinantium, quorum optimum est ovi al-
 bumem, quia etiam arceat inflammationem. Si
 vero altum ulcus est, ut per hæc adduci non
 possit, futura aut in fibulatione erit opus, in
 quibus id curandum etiam est, ut firmiter, &
 cum quam minimo, agantur dolore. difficile
 autem est cum hæc aguntur in sua perseveret
 ulcus simplicitate, neque certe fit, nisi in op-
 timis quibusdam temperamentis. Dum autem
 ulcera composita non dum sunt, unione solā
 curanda, neque procuranda suppuratio, ut à
 vulgaribus indistinctè in omnibus agitur, ne-
 que opus est ullis sarcoticis cum caro nulla de-
 sideretur, neque certe cicatricem inducenti-
 bus, cum neque cutis perierit, & nulla ratione
 minus ulceris vestigium manet, quam nihil
 præter agglutinationem nobis molientibus.
 Nam & in ipsis ossium grandium fracturis ut
 brachij aut cruris, ossium partibus ad sese rectè
 positis & emplastro aliquo adstringente, ac fe-
 tulis, & ligaturis rectè accommodatis, & parte
 inquietè contenta, & bona figura collocata
 (est autem maxime idonea, quæ & indolens)

amitt
 antiqui
 quæ sup
 quæ sup
 quæ sup
 quæ sup

*Vlcera
 simplicia
 unione so-
 lum curā-
 das neque
 in his pro-
 curanda
 suppurā-
 tio, ut vul-
 go fit.*

*Ossium
 fractura
 quo modo
 curentur.*

curatio perficitur, victu solú instituto, initio, metu fluxionis, tenui & aqua, post septem jam dies cum calli procedit generatio, pleniori victu & vino temperato. Necesse est enim gigni porum proglutine, quia ipsa per se uniri ossa, nisi fortè in pusillis non possunt: sunt tamen nihilominus illæ fracturæ simplices, quia partibus quæ præerant nulla deest, & curationem hanc ego primæ intentionis appello, quia. Si quid præter agglutinationem agitur, aut gignitur, peraccidens est, & non ex intentione curantis. Itaque hæc omnia curantur intentione prima, atq; adeo consura intestina, & aliæ quæcunque partes, si nulla inflàmatio, aut corruptio supervenit, quod etsi difficile esse diximus, aliquando etiam evenit, præcipue in temperaturis firmioribus. Velut & luxationes, quæ cum recentes sunt sola repositione quæ manuum opera agitur curantur, nulla præter ea re indigentes nisi quæ inflàmatio aut fluxio supervenit, sæpe autem non supervenit, in bene temperatis, neque plenis, neq; cacochymis. In inveteratis verò iam luxationibus, cum humor aliquis in parte conclusus est, aut ligamenta ossium concretionem aliquam, aut durum tumorem contraxerunt, non habet locum curatio primæ intentionis, quia ne tractari potest pars, nedum reponi, antequam illa impedimenta sublata sint. Februm etiam hecticarum sive per se, & à principio incœperunt,

Luxationes quomodo curantur.

Febres hecticae quomodo curentur.

*Hectica
febris pu-
trida com-
plicata
quomodo
curatur.*

runt, ut quibusdam solent ex longa, & magna tristitia, aut ex labore nimio, sive ex alia febre putrida relicta sit, modo nihil illius jam super sit, curatio per primam intentionem agitur, refrigerando enim & humectandum solum, interius & exterius substantificè, & qualitativè (quid enim prohibet ita loqui, cum nihil doctrinæ officiat?) lacte, aut ptisana: balneis, aut inunctionibus ex earum genere, quas vocant resumptivas, quia humectando, & laxando partes, faciunt eas alimento repleri. Si verò quid putridæ febris complicatum est, difficilius jam est curatio, quia putredo dictis obstat, & composita curatione est opus, quia compositæ sunt jam indicationes. Obstat sanè putredo dictis hecticæ remedijs, non tamen æque omnibus, neque quovis tempore eodem modo. Magis enim obstat lacti quam ptisanæ, & balneis multo magis dum adhuc cruditas est: alioqui bene coctis succis in multis putridarum illis utimur. Igitur in hecticæ & putridæ complicatione ptisana potius utemur quam lacte: balneis verò aquæ dulcis (nam aliorum in his perniciosus usus est) si ex coctis putrida pendeat, uti licet, maxime si acres usi & fuliginosi sint, aliqui abstinendum, utendumq; inunctionibus concoquentibus, quæ cum moderato calore humectent, ut amigdalino dulci, aut ex illo aut chamemelino parato hydreleo. Lactis quoque magna differentia est, nam afini-

no minus obstat putredo quam caprino, maxime autem ovino, alui verò pro fluvium, obstat maxime asinino. Ita sunt quædam ad quædam incommodiora quam alia. Deligendumque semper, si non quod optimum, quod minus malum ad rem præsentem, & observanda alia omnia quæ de complicatis indicationibus dicta sunt. Nunc enim de curatione per primam intentionem dicere cœpimus. Ad quam etiam pertinent, febres ephimeræ, quarum causæ jam recesserunt: earum enim nulla curatio est, præter solam attemperationem. Si verò causæ præsentibus sunt, ut facietas, aut cutis obstructio, aut bubo, composita jam curatio est, quia causæ potius sublacioni studetur, quam ipsius per se febris. Quamquam ne id quidem studium tam adhibetur ob ipsam febrem, quæ per se esset intra diem, aut cum longissimè intra tres dies cessatura, quam netrâseat in aliud genus. Ergo in febre ex facietate ea est tota medici cura, ut solvatur facietas, antequam corrupti cibi, per hepat in corpus distributi febri putridæ initiû dent. Quod nulla ratione præcavetur meliùs quam continendo in inedia hominem diem & noctem: interimque lacescendo primum ventriculum vomitorijs levibus, ut aqua calida, aut hydreleo, & alvû clysteribus, deinde in diem sequentem ventriculum fevere absinthite aut nardino, & paulatim ad cibos reducere. In febre verò ex cutis

Febres
ephimeræ,
quarum
causæ jam
recesserunt
quomodo
curentur,
& cû causæ
sunt
præsentibus.
Ephimeræ
ex facietate
curatione
110.

Ephimera ex cutis obstructio ne curatio obstructione, studendum est huius laxationi. Quapropter tales febres transigendæ sunt in loco frigido, homine verò bene tecto pannis, tenuiter hic etiam cibandus est, atque si hominem plenum esse contingat, mittendus mox sanguis est, ne prohibita effluvia putrescat, & in inclinatione procurandus sudor, constat verò hæc longe jam ab esse à prima intentione, & ad indicationes compositas pertinere, de quibus jam antea dictum est. Si verò ex ira aut exercitatione nimia, aut longa mora in sole quis febricitat refrigerando solum & humectando, & curatur diaria, & febris alterius generis præcavetur. Talibus enim cibi humectantes & potus largior convenit, & inclinatione balneum. Hac eadem ratione possit morborum omnium curationes ad suos scopos & indicationes referre: mihi enim generatim videntur jam dicta omnia, & in exemplis satis multa.

Ephimera ex ira aut exercitatione nimia aut ex sole curatio.

Caput Septimum,

Dictorum epilogus.

DICTVM itaque est, curationem totam in quarundam rerum cōservatione, & quarundam ablatione consistere. Quo fortasse respiciens Hippocr. dixit, medicinam esse adiectionem & detractionem. Servanda quidem omnia quæ secundum naturam, auferenda quæ præ-

Libr. de flatibus.

ter naturam, eorum verò quæ non naturalia tantum vocantur, indifferens seu ambiguum esse genus: quia evenit unum quodq; eorum, nunc bonum, nunc malum esse egrotantis: neutrum cum sit per se, ac semper. Esse itaque duos præcipuos scopos, robur facultatis, & morbum, ab his indicari præcipue omnium circa ægrotantem agendorum naturam, & magnitudinem, altero petente, & altero permitte: reliqua verò omnia quæ medicus considerare debet de quocunque remedio consuletur, indicationem habere petentem aut prohibentem: considerari verò debere quamplurima: nam & naturam, seu temperiem naturalem hominis, cuiusque, & omnium in eo partium principum, aut etiam non principum, si tamen affectæ sint, & ætatem, & consuetudinem, seu mores & partis affectæ præter temperiem, etiam actionem, dignitatem, situm, magnitudinem, figuram, sensum, & proprietatem: externa etiam omnia, à quibus homo necessario afficitur, ut tempus anni, & regionem, & constitutionem præsentem, seu morbos qui tunc grassantur. Nam & in talibus quædam aguntur à medicis libenter, ut utilia, quædam vitantur, ut periculosa. Cùm tam multa sint, quæ in curatione indicationem habent, & nihil eorum contemni omnino debeat, si modo curatio exacta futura sit, quia, vel minimum eorum aliquid curatio-
ni

*Nullius
medicorū
potest om-
nino exa-
ctam cura-
tionem in-
stituire.*

*Angelus
quomodo
morbos
curaret.*

*Singula-
ria in scho-
lis doceri
non pos-
sunt.*

ni adijciat, aut detrahat, curatioque *exacta*, om-
nium indicationum, maiorum, & minorum, si-
milium contrariarum concursione exurgat,
constat, primum, nullum medicorum, ne si scu-
lapius huc redeat, posse exactè, & ad amissim
curationem perfectam instituere. Quia tam
multarum rerum, necesse est alicuius ignorari
naturam, aut intensiōem, magnitudinem ve.
Nullo autem horum ignorato supputatio au-
xiliorum talium & tantorum agi potest. Por-
rò, si non jam homo, sed angelus quispiam cu-
randorum morborum curam gereret, qui, ut
naturalium omnium gnarus, exactè medere-
tur, is certe nunquam, neq; per annorum my-
riadas bis eadem medicamento manum admo-
veret, nulla, neque speciei, neque intensiōis,
neque modi, neque occasiōis utendi, muta-
tione facta. Variarent enim curationes, ut ipsi
ægotantium status, hi verò non hominis uni-
versim, sed singulorum. Singularium verò cō-
ditiones omnes, nunquam in diversis eadem
sunt. Quam igitur deficient ab exactis nostræ
curationes, id maximè indicat, quòd ad eadem
ferè semper devolviuntur, habentes medicamē-
ta innumerata, atque ex commentario omnia
disponentes. Id quod tanto quisque magis fa-
cit, quanto methodi est minus gnarus. Nam
qui hanc tenent, magis operantur pro re præ-
senti, scientes singularia, neque in commenta-
rijs inveniri, neque in scholis doceri posse.

Igitur

Igitur qui nihil ignoraret, erū quæ circa ægro-
 tantem sunt, & methodum curandi perfectè
 calleret, & materia abundaret, hic haud dubie
 præstaret, quantum si ipsa per se medicina ope-
 raretur. Materiam quidem ipsa terrarum na-
 tura suppeditat, & ubi quid de est pro re præ-
 senti, methodus componendi, & quibuscunq;
 supplere potest. Quam proinde callere debet
 qui medendi arte recte sit usus. Nam ad ar-
 tificem quemcunq; spectat propriæ materiæ
 cognitio & præparatio. Velut ad navis edifi-
 catorem ligna deligere, ferrare, ac dolare. Hæc
 autem methodus, etsi cum ea quam pertracta-
 mus, est valde conjuncta, disci debet seorsum,
 ante hanc; traditaque est à plerisque veterum
 & recentiorum multis & à me alibi. Ignorare
 verò aliquid eorum quæ ad curationem per-
 fectè obeandam spectât, omnino videtur ne-
 cessarium etsi eo qui curatur tota vita sit me-
 dicus usus familiarissimè, nedum si ad incogni-
 tum ante hominem, ita ut sit, sit: accersitus. Op-
 timum igitur esset, si quidem fieri posset, ut
 medicus naturam ægroti, & omnia in eo par-
 tium, atque morbi essentiam, & causas omnes
 agnosceret, & circumstantia omnia circumspe-
 ceret. Quoniam autem id non fert humana con-
 ditio, opus etiam est meditari, quibus cautio-
 nibus uti possimus cum quid ignoratur, quò, si
 non optimè, tamen non omnino pessimè cu-
 ratur ægrotus. Atque primum omnium ponat

Ante hanc
 medendi
 methodi
 discenda
 seorsum
 methodus
 componendi
 medica-
 menta.
 Libr. 9.
 contron.
 cap. 9.

Humana
 conditio
 non fert
 non igno-
 rari ali-
 quid eorū

que ad cu- tur ignorari ipsum morbum, quia id videtur
 rationem maximè antiquos à curatione deterruisse, di-
 perfectam cente Hippocr. curari non posse morbos nisi
 spectant, cognoscantur, Avicena etiam, cuius hæc sunt
 & ob id verba. Et scias, quòd non est tibi possibile cu-
 quibus rare febrem nisi cognoveris eam. Mihi autem
 cautioni- videtur, multorum affectum esse adeò difficile
 bus sit utè cognitionem, ut si nulla ratio inveniatur in-
 dum choande curationes ante cognitionem certã,
 4. de rat. sit optima occasio plerunque necessario peri-
 v. c. t. tura, cum præcipue ea adeò præcepta sit. Mul-
 Mul'orum to ergo melius agetur cum ægrotantibus, si
 affectuum nondum cognitis morbis utcunque curentur,
 difficilis quam si usque dum cogniti sint sine omni me-
 cognitio. della destituantur. Rationem ergo dictam

Multa oportet investigemus, ea verò non aliunde
 morbi non melius inveniri potest, quã ex causa quã mul-
 omnino ti morbi difficile agnoscuntur, nulla autem alia
 cogniti cu est, quàm quòd difficile dignoscuntur ab alijs:
 rantur. quã autem difficile dignoscantur, nulla alia
 Exemplo causa est, quàm similitudo, tanto enim res om-
 neph. ri- nes habent faciliorem dignotionem, quanto
 dis & co- plus differunt. Nullus enim dubitet, neq; per-
 lica, & a- quitat, an is qui sese offert morbus sit podra-
 liorum. gra, an phrenitis: quia nihil ferè his est com-
 Libr. 2. de man: præter rationem morbi. Tamen dubita-
 locis affe- vit, immò ignoravit. Ipse Galenus, non in alio,
 His. ca. 5. sed in semetipso, esset nephritis, an dolor coli-
 Lib. 2. acyus. Aliquando etiã latere potest, sit vera pleu-
 toru prin- ritis an dolor lateris spurius. Nam & hanc dif-
 espio. ficul-

ficulatem iussit Hippocr. tentando superare. *Dubitatio*
 neque ille, neque hic, in hæsitatione nihil egit, *semper*
 sed ille clystere, hic fomentis usus est. Curabit *inter mor-*
 itaque uterque morbum, quem non agnosce- *bo similes.*
 bat. Neque mirum. Nam, ut dictum est, sem- *Similes*
 per versatur dubitatio inter morbos similes. *morbi non*
 Tales vero non habent dissimilem curatione. *habēt dis-*
 Nam contraria similibus, similia sint, necesse *similem*
 est: atque adeò eadem omnino, possunt esse *curationē.*
 contraria diversis, non quia diversa sunt, sed se *Eadem*
 cundum id quod habent cōmune. Verbi gra- *omnino*
 tia, pleuritis, & perineumonia diversi sunt *quomodo*
 morbi, habent tamen communia esse inflāra- *contraria*
 tiones internas, & magnos morbos, ob utrum- *sint diver-*
 que autem horum mitti debet sanguis. Stultus *sis.*
 ergo sit, qui dubitans, sit ne homo pleuriticus,
 an perineumonicus, non jubeat prox mitti
 sanguinem, perseveretque mittendo si vires fe-
 rant, usque dum sentiat fluxionem cessare, in
 quamcunque dictarum partium fiat. Nimirū
 id auxilium indicatum est illi non ab eo quod
 ignorat, sed ab eo quod agnoscit. Non enim
 mittitur, quia membrana lateris affectio est
 magna, & in inflammatione interna habet ef-
 fectiam. Tota igitur methodus curandi, cum
 quid ignoratur, eorum curæ videntur scitu-
 necessaria, est, sequi indicationes eorum quæ
 sciuntur, ob id autem quod ignoratur
 nihil agere, usque dum dissidentibus ma-
 gis signis, illud quoque incipiat apparere.

Ita

*Secundæ
 indicationes eorum
 quæ sciuntur in cu-
 rando morbo non exa-
 ctæ cogni-
 to.*

Ita enim est natura comparatum (quod maximum humanæ debilitatis solatium est) ut cum diversa curatione incipit esse opus, incipiant inditia dissidere. Nam dum non dum apparet, ad renem, an ad colum pertineat affectio, nihil obest dubitatio. Nam eadem sunt in initio utriusque mali remedia. Putà, clysteres, vomitiones, fomenta, & tenuis victus. Cum verò jam opus est, ad diuretica divertere in nephritico, & in colico ad vacuantia vitream pituitam, & theriacæ, similisve medicamenti usum, jam ipsa mutatio urinæ, quæ ex tenui incipit fieri crassa, turbida, & sabulosa, indicat nephritim: dejectio bubulæ similis, quæ citra urinæ mutationem apparet, indicat coli affectionem, aut utraque simul procedentia, indicant affectionem utramque. Complicantur enim vera sæpissime hæc duo mala, & à quocumque incipiatur, solet in alterum finire. Illa igitur priora remedia aguntur ante exactam digestionem illorum morborum, quia non indicantur ab eo quod cuiusquam eorum proprium sit, sed ab ijs quæ utrique communitia. Nimirum uterque affert ventriculum in compassionem, ob quam vomitu utimur, & supprimit ventrè, cuius gratia utimur clysteribus. Uterque etiam affert dolorem ingentem, quem volumus fomentis mitigare, aut etiam cucurbitulis. Nihil autem horum quæ aguntur ob communia pathemata potest obesse ei quod est proprium.

Nam

Nam siue causa incumbat in renem, siue in co-
 lum rectè revellitur vomitu, & derivatur clyf-
 tere, & discutitur fomentis, laxatur, mitigatur
 que pars. Læderent sane diuretica si esset mor-
 bus colicus, quia dirivarent materiam in vias
 angustiores, proinde ab illis quidem abstinence-
 mus usque dum res appertè se indicat. Neque
 ea cunctatio quidpiam obest, quia etsi nephritis
 esset à principio revelata, abstineremus à diu-
 reticis, donec totum corpus, aut saltem alvus à
 cõmunibus excrementis vacuaretur. Ita quo-
 que cum dolor obsidet latera, neque adhuc
 febris eum tussi fatigat, dubij quo sit res eva-
 sura, an in veram pleuritidem, an dolorem ex
 flatu, aut crudis succis, utimur fomentis anodi-
 nis quæ petuntur, ab eo quod apparet, & utri-
 que affectui commune est, puta à dolore, ab-
 stinemus verò à missione sanguinis, quæ à ve-
 ra pleuritide expeteretur usque dum crescens
 ea se indicet. Atque neq; hic cunctatio quid-
 quam obest. Nam ne si sciremus verè initium
 pleuritidis veræ esse, alienum esset tentare, dũ
 tam exigua est, an solis fomentis, possit discu-
 ti, atque ita quidem fecit Hippoc. tentans fo-
 mentis non tantum dignoscere, sed etiam eu-
 rare, si aut ex solo flatu esset, aut etsi ex inflå-
 matione, adeo verò exigua, ut maiori remedio
 non indigeret. Magna enim remedia à nullis
 morbis expetuntur nisi adiuncta magnitudi-
 ne. En igitur alia regula agenda curationis,
 cum

Exami-
 nantur re-
 media cõ-
 muna ve-
 re pleuri-
 tidis do-
 loris ex
 flatu, aut
 crudis suc-
 cis, & cũ
 res est in
 dubio, an
 horum ali-
 cui noccat
 2. lib. a-
 cut. 1. 11
 cum

Securda regula a- omni latet essentia morbi. Animadvertere ea
genda cu- quæ manifesta sunt, considerareque quot, &
racionis quibus morbis ea possint esse communia (conf-
cum latet ratat verò medicam, etsi præsentem non agnos-
essentia cat, differentiarum morborum debere esse pe-
morbi. ritum) mox meditari, quæ essent eisque illo-
 rum propria, quæ indicarentur à proprijs illis,
 si essent conspicua, & quæ apparent. Agere er-
 go hæc, & illa tantisper omittere donec mor-
 bi species innotescat. Fieri enim non potest,
 quin res quæ unquæ crescendo, notior fiat. Velut
 scilicet, herbulla, quæ mox ac à terra incipiunt
 emergere, ad eò exiguam habent differentiam,
 ut peritis etiam herbarijs videatur esse eadem,
 ut crescant autem, ita & dissident, ut etiam jam
 caules, ramq; & semen protulerunt, nulli pe-
 ritorum non constet, sit etiam quævis, sed
 neque imperitorum ullum lateat esse diversas.
 Perinde accidit in morbis. Quapropter non
 ad eò oportet terri vulgates, cum vident
 medicos de morbi essentia dissentire, neque
 putare de egroto jam esse actum. Sæpe enim
 fit, sine ullo ejus malo, de morbo dubitetur.
 Nam iusta superiores methodos (quorum ad
 ea quæ modo dicuntur oportet ut nihil) ea
 quæ indicantur à communibus priora esse de-
 bentur quæ à proprijs, & ultima omnium in-
 dicationum in executione est quæ præstat
 ab ipsa morbi essentia. Sed hæc rursus illu-
 tremus. Indicatum est in alijs tractationibus,
 neq;

neque ab eisdem, neque eodem modo cognoscitur morbi essentiam, magnitudinem, & acutiē. Sed essentiam, signis proprijs, quæ vocant pathognomonica: magnitudinem, magnitudine horum, acutiē, crebritate paroxysmorum, & cito adventu laborum. Ab acutiē non potest ab esse magnitudo. Quia acutiē cōiungit magnitudinem cum celeri periculo. Fieri igitur potest, ut agnoscentes agrotum teneri febre magna, speciem eius ultimam ignoremus, videaturque alij hæmitritus, exempli gratia, alij tertiana duplex ex continuatum genere. Iam verò virtutem aliunde cognosci quam morbi speciem, ac proinde hac incognita, cognosci posse, non est dubium. Cum virtus non definiatur relatione ad morbum, sed cognoscatur ex firmitudine actionum. Cùm igitur constare possit, morbum esse magnum, & virtutem constare, etsi speciem & propriam formam morbi non agnoscat, iubebit medicus sanguinem mitti, si illa viderit adesse. Certe enim est in morbo magno, quocumque is sit, deesse non posse, quod id auxilium postulet, nisi vires desint. Iam verò si dolerit, & anxietatem creber reditus, & celeriter neſcentes moleſtiæ indicant acutiē, constat extenuatum esse victum, areret: nō plus, quam nō id fiet magis, dicente Hippocrate, ubi morbus peracutus est, statim extremos habet labores, & statim tenuissimō victu agendum

Conſtare potest morbum esse acutum, & magnum, & virtutē constare, nō ubi specie non cognita.

*Ex morbi
constitu-
tione su-
mitur in-
dicatio
tardande
aut prope-
rande cu-
rationis.
Constitu-
tio morbi
agnosci-
tur igno-
rata fe-
bris spe-
cie.*

*Medici
docti saepe
de morbo
dissentio-
tes de re-
medijs cō-
sentiunt.
Quod de
ignorato
morbo di-
citur, hoc
idem est*

dum est, ubi verò non, sed pleniori uti li-
cet victu, tanto concedendum plus, quanto
morbus extremis est molior. Itaque ex consti-
tutione accipitur extenuandi victus indica-
tio, ut & tardandò ac properandæ (ut antea
dictum est) curationis. Constitutio verò po-
test agnosci ignorata febris specie, quia multis
morbis potest esse eadem constitutio. Iubebit
igitur tunc temporis medicus extenuari vi-
ctum, & mitti sanguinem, idque cito agi, ne
remedium præveniant pericula. Quod si in-
terim dolore aliquo prosternitur, aut dormire
non potest agrotus, quis dubitet an odinis oc-
currere, & somnum inducentibus? iam verò
ventrem clystere molire, si dura sit? in partes
humiles revocare, fricando, si raptus in caput
sunt ullæ notæ, quid prohibet, quæcunq; tan-
dem febris species sit? nimirum hæc omnia pe-
tuntur ab ijs quæ apparêt, & omnibus morbis
quorù potest suspitio esse, sunt cōmunia, & ni-
hil eorum quæ ita agentur, ad quidpiam eorù
quæ latent, potest esse nocivum. Merito ergo
evenit non raro, ut medici docti, de morbo dis-
sentientes, de remedijs cōsentiant. Quod vero
de ignorato morbo diximus, hoc idè de igno-
rata causa, aut affecta parte intelligendum est,
ac de re alia quacunq;, de qua dubitetur, alijs
conitis. Omnia enim ignorari impossibile est
cum quamplurima sint sensui evidentia. Pro-
ponatur quis, qui sine sensu cadat, & cū totius

corporis & arctū concussione, & spuma cir- *de ignora*
 ca os orta, excitetur. Haud dubiè epilepsia *causa,*
 gnoscetur laborare: non tamen mox cōstabit, *& parte*
 ex pituita, an ex melācholico succo pendeat, *affecta,*
 sit intra ipsum cerebrum pars mittens, & reci- *& re alia*
 piēs, an veniat à vetriculo, an ab utero, an ulla *quacunq;*
 alia parte. Hæc omnia perquirēda sedulo sunt, *Fulchra*
 sed dum non satis liquent, nihil prohibet cō- *exercita-*
 muniū, & evidentium sequi indicationes. Cō- *tio in cura*
 mune enim cum sit omni epilepsīæ, sive ex pi- *tiene epi-*
 tuita, sive ex melancholia, sive hinc, sive illinc *lepsia cō-*
 nascantur, cerebri ventriculos fluxionem reci- *de causa*
 pere, & obstri, & corpus à casu periclitari, & *loco primo*
 concussione lædi. Commune etiā est omni *patiēte du-*
 epilepsīæ causæ, sive ad crudorum, sive ad ni- *bitatur.*
 grorū vergat naturam, esse crassæ Igitur exte-
 nuantibus ut, victu & medicāmentis, & revel-
 lere à cerebro, fricādō artus, & in ipso paroxif-
 mo, excitandi citiūs causa, ligare, & vellicare,
 nihil prohibet: neq; sane, si multitudinis notæ
 in corpore sint, mittere sanguinem: neq; si diu-
 tius duret dubitatio, uti medicamento expur-
 ganti. Sit autem medicamentum cōmune om-
 nibus crassis velut mistum ex phlegmagogo,
 & melancholagogo. Fere enim semper utro-
 rumq; in talibus est redundantia, atq; tunc ma-
 ximè illud est verissimile, cum neutrorum spe-
 cies satis apparet. Nam quæ impermixta sunt,
 & sincera, conspicua etiā sunt. Haud dubie
 igitur agenda sunt multā ante omnium inte-

*Quæ im-
 permixta
 sunt, &
 sincera
 conspicua.*

*Morbis
curatione
cognoscitur
à jactantibus,
& nocentibus.*

gram cognitionem. Id verò manifestum est, si quidè à iuvantibus & nocentibus frequens est argumentū ad cognitionem eorum de quibus dubitatur. Si enim omnem curationem antecederet cognitio perfecta, nullatenus posset, morbus, neq; aliud quippiā ad ipsum pertinēs, curatione argui. Tentamus verò non raro, medicorū omnium consiliq, atq; aliquando totā curationem transferimus in contrarium, nunc calida, nunc frigida adhibentes, ut videamus quibus maxime cedat affectio, & morbi speciē & causam, demiq; id de quo dubitatur, indicet ipsa curatio. Non tamen id omnino temere, & incantè facere debemus, sed meminisse illius Hipocraticæ sentētiae. In hoc te exerceto circa morbos, ut prosis, aut non noceas. Id consequeris, si cum in re dubia aliquid tentando facis, id tamen non adeo vehemens sit, ut cum te coniectura fefellerit, agrotus plurimū lædatur, fueritq; tentatio periculosa, sed talis, ut liceat, sine dāno gradum revocare. Scio non de futuros, quibus videar, cum rationali viā insisterere cœperim, nunc ad veterū methodicorum dogmā, atq; ad empiriā divertisse. Methodici enim qui ex Tesalo fluxerunt per cōmunitates procedentes, essentiae morbi & occultorum omnium curā de ponebant. Emptyicorū verò est, ab ipsis experimentis accipere argumenta. Ego quidem nihil minus volo, quam occultorum curam deponi. Immo verò dixi, ac indicavi,

cavi, exactam curationē esse nullam posse, nisi omnia quæ habent indicationem perspecta, ac cognita sint. Sed quia perspecta omnino esse non possunt, methodum inveni, & eam quidē ab ipsa rationem profectam, quā, possimus ubi quid latet, non omnino hærere, sed pro hominis salute non pauca agere. Neq; verò negari potest, alteram medicinæ partem experientiā esse, neq; eius difficultates, methodo indigere. *Methodi- Utinam non omnes methodicorum, & empy- corum, & ricorum libri concidissent. Non dubito quin aliquando ab illis plurimum juvaremur, ubi aliquando ratio deficit. Erunt etiam qui dicant hanc methodum non esse necessariam nisi in- doctis, quibus ignorandum aliquid sit, se verò nullam eorum quæ ad artem pertinent ferre velle ignorantiam. Ne ego quidem pati velle, agnosco verò humanam conditionem, & consulo meæ raditati, quā tamen non inde agnosco, quod meam confiteor ignorantiam. Nam novam non est pusilla ingenia nullam ignorantie notam posse sustinere: neque, nullis magis videri omnia conspicua, quam ignorantissimis. Mihi sane is videtur prudentissimus, qui inter stultam insolentiam dogmaticorum, & stupidam Pyrrhonicorum hesitationem incedit medius. Dicere igitur ex re fuit quomodo nos debeamus gerere, si quando omnia circa ægrotantem conspicua sunt, & cum quidam illorum latent,*

empyrico- rum libros aliquos u- sui nobis futuros si non concide- rent ubi aliquando ratio defi- cit.

Celsus lib. 8. c. 4.

METHODI MEDENDI LI- ber Quartus,

Caput Primum.

*De reme-
diorum oc-
cassione.*

*Maioris
est artis
cessare cū
expedit,
quam fa-
cere etiā
opportuna*

DE indicationibus remediorum
tribus libris superioribus dictum
est. Sola super sunt quæ spectant
ad occasiones, in quibus maxi-
ma curationis pars est sita. Tã-
etsi enim dictum est utendum

contrarijs auxilijs, non ita accipiendum, quasi
nunquam cessandum ab admotione eorum sit,
ut faciunt vulgares medici, qui cum novam
non faciunt syngrapham, erubescunt. Cum ta-
men ut mihi videtur, maioris artis sit, cessare
cum expedit, quam facere etiam opportuna.
Quia arbitror, maioris periculi est, cum cessan-
dum est, facere, quam cum faciendum cessare.
Hoc enim modo nature committitur, illo na-
turæ repugnatur, ut antea, de indicationibus
quæ accipiuntur à morbi constitutione dixi-
ximus. Cum ergo sint occasiones quædam fa-
ciendi, quædam cessandi, quod Hippocrates
his verbis dixit. In adhibitione contraria ad-
hibere, & quiescere, dicendum quæ sint occa-
siones

*6. Epid.
sect. 2. 19.*

siones curandi, & quæ abstinendi à curationi- *Medicos*
 bus. In qua quæstione eo libentiùs immora- *carpit qui*
 bor, quo magis video in utranq; partem me- *numquam*
 dicos peccare, alios quidem nullû non semper à remedijs
 moventes lapidem, omniaque agentes pertur- *cessan. &*
 bare, aut etiam præposterè? alios, in ijs etiam eos etiam
 quæ sunt per opportuna, negligentes: partim qui nihil
 prætextu methodi, partim nugaci naturæ cõ- *agunt.*
 mendatione, cum tamen neutrum sit agendû *Duplex op-*
 ninis, neque ipstandum, in quam, auxilijs cõ- *portunitas*
 tineret, neque deserenda natura, cum aliquid *prima sus-*
 opis afferre potest ars. Est ætitem hæc consul- *cipienda*
 tatio duplex, prima pertinet ad opportunita- *curationis*
 tem suscipiendæ curationis simpliciter, altera *simplici-*
 ad opportunitatem singulorum remediorum. *ter, altera*
 Nam sunt quidam morbofi apparatus, aut mor- *singulorû*
 bi quidem, sed longi, pro quorum curatione *remediorû*
 licet tibi eligere, non horas & dies solû, sed *Acuti*
 & menses. Acuti enim, aut omnino breves, *morbi, aut*
 tunc curantur necessariò, cum incidunt. Ad *breves ne*
 alias curationes laudatur maximè ver, si succi *cessario cû*
 crassi sunt, incipiens, si tenues, desinens (est *tantur cû*
 autem ver quod inter æquinoctium, & ortunt *incidunt,*
 Pleyadum interest) post hoc autumnus, pro *pro longis*
 tenuibus incipiens, pro crassis, desinens. Desi- *aut ver,*
 nitur autem totus autumnus ortu Arcturi, & *aut astu-*
 occasu Pleyadum. Vituperat verò Hippocrates *mus la-*
 quinquaginta dies circa singula solstitia, & *danur.*
 æquinoctia, decem ante, & totidem post, & *Libr. de*
 ipsos ortus, & occasus Pleyadum & arcturi. *medica.*

expurgan-
tibus, &
de aere a-
quis, &
locis.
Prudens
medicus
cavet ma-
gnas, &
varias te-
porum in-
temperies
astrorum
cura de-
posita.
Lib. 7. con-
troverfia
rum. c. 18.

Plurique vitant dies omnes conjunctionum,
& oppositionum lunæ. Alij addunt supersti-
tioni multos alios aspectus infelices. Quos om-
nes constat in his diebus non inituros inter-
missionem. Mihi medicum magis, & prudens
consilium esse videtur, cavere magnas, & va-
rias temporum intemperies, astrorum cura de-
posita. Neque sanè puto veteres illos medicos
istra noninasse, nisi ut mutationum temporu-
signa, caniculam, æstus fortis, Aëcturum & Ple-
yadas: & quatuor puncta Zodiaci, repentina-
rum mutationum. Ipsas ergo mutationes aeris,
licet medico per se observare, easque solas pu-
tare esse saxe artis. Lunæ illos aspectus tunc so-
lum caveo, cum facere aut differre au xilia, ni-
hil interest: hoc solum tribuens aliorum opi-
nioni, Quam alibi vocavi minimam indica-
tionum. Atque de prima consultatione ha-
ctenus.

Caput Secundum.

Quo tem-
pore mir-
bi univer-
sali. s. aut
particula-
ri quo die
aut hora
agendum
est.



LETÆRA, non iam ad tempora an-
ni spectat, sed ad morbos qui neces-
sario curantur, cum incidunt, aut
ut melius dicam, ad ipsas quæ jam
aguntur, curationes. Et ergo delectus tem-
porum morbi, tum universalium, tum particu-
larium & dierum etiam morbi, sive indicatorij
sunt sive locus, in quibus agendum, aut cessan-
dum.

dum: vel agendum, hoc aut illud est, & hora- *aut cessan-*
 rum accommodatissimum curationibus uni- *dum, &*
 uersim, & singulis auxilijs. De tēporibus qui- *quid.*
 dem universalibus morbi, recte dictum est ab
 Hippocrate morbis inchoantibus si quid vi- *2.aph.29.*
 detur movēdum move, elapso verò principio,
 euntibusque morbis in vigorem, ac multo ma-
 gis in ipso vigore, melius est quietem agere, in *Quid agē-*
 inclinatione autem rursus studendum est eva- *dum in u-*
 cuationi eorum quæ supersunt: postremò at- *universali-*
 temperationi, quia quæ relinquuntur in mor- *bus mor-*
 bis recidivas facere consueverunt. Itaque ma- *borum tē-*
 gna ex parte curationes circa initia, & fines *poribus.*
 agendæ sunt, cum, scilicet, vitia sunt minora, *2.aph.122*
 & maiores vires. Id quod de evacuationibus,
 quæ maxima pars medicinalis operæ est, verif-
 sime dicitur. Nam tunc maximè opus est quie-
 te, cum & concoctione, tunc verò maximè
 movere licet, cum aut aggressa concoctionem
 natura non est, ut in principio, aut iam perfe-
 cit, ut in inclinatione. Accedit quod in ini-
 tio, quia nondum sunt apprehensi, vacillant
 succi: in inclinatione ipsa natura ad expulsi-
 onem convertitur, quare melius evacuabuntur *Missio-*
 natura pellente, aut alioqui agitati. Atque *sanguinis*
 eum sint duæ maximæ evacuationes, missio *in morbo-*
 sanguinis, & exurgatio: illa in principio lo- *rum prin-*
 cum habet multò magis, quàm in ullo alio *cipijs ma-*
 tempore. Quia tollendæ multitudinis in- *ximè ha-*
 dicatio primùm locum habet in morbis *bet locū.*

pendentibus ex materia, atque quo citius agitur, eo melius antevertit pericula. Adeò ut à *Eib. 2. c. 10* multis veterum, in quibus sunt Diocles & Celsus dictum sit, non esse ultra quartam secundam venam, atque adeò ab Avicena, semel dimissam sectionem, non esse amplius suscipiendam utrunque verò errore. Nam etsi in principio maxime est amanda sanguinis missio, non est tamen ab alijs temporibus, si adhuc necessitas incidat, reiicienda, & ipsum principium in paucis morbis non producitur ultra quartum diem, atque in ipsa inclinatione universalis morbi nonnunquam utiliter suscipitur pro auxilio attemperante viscera, nedum in incremento, & summo vigore, cum aliquando dictorum aliquid est. Tamen, ut in summa dixerim, missio sanguinis quanto maturior, tanto utilior, ac proinde in principio prima, & maxima ejus occasio est. Quapropter errant quàm maxime, qui curationes sepe inchoant à purgatione, hæcque; missioni sanguinis præponere student, levi quacumque suspicione cruditarum. Certe verissimū est, crudorū abundantiam in ventre impedimento esse missioni sanguinis: quia à recūs inanitis venis rapiuntur inde, rapta verò, aut in angustas impingētia vias, obstructions viscerum faciunt, aut in latiores etiā deducta totū corpus crudis replent, & viciant sanguinem, aut faciunt utrunque. Opportet verò haud dubie hæc eo qui aut vacuari antequam

mittatur

mittatur sanguis. Quia causa illi, nulla alia ratio-
 ne fidentes fieri posse ut cruda à ventre absint,
 semper ante missionem sanguinis expurgant.
 Cum tamen Hippocrati in facietate manifesta *deratio-*
 videretur satis diem unum sine cibo transige- *ne vult.*
 re, aut clystere uti. Unde alij ferè jam omnes, *acut. 42.*
 nunquam non unam aut duas horas ante mis- *et 4. 36.*
 sionem sanguinis clystere intestina evacuare *An clyste*
 student, ne, scilicet, tenus fecum partes dedu- *re utendū*
 ctæ viciant sanguinem. Quod etsi tolerabilius *ante san-*
 est, quam purgando, totum corpus, plenis ad- *guinis mis-*
 huc vasis, commovere: tamen, præterquã quod, *sionem.*
 ubi plena manifestè intestina non sentiuntur,
 neque pondus in illis ullum est, frustra tenta- *Non sem-*
 tur, non caret noxa, atq; adeo aliquando ma- *per uten-*
 xima. Multis enim à recens accepto medica- *dum cly-*
 mento non satis vacuatis, in ipsa missione san- *tere ante*
 guinis turbatur alvus, & ante tempus animo *missionē*
 linquuntur, quod ipsam missionem impedit, *sanguinis*
 & vires plurimum exoluit. Quia causa ego, nisi
 cum peculiaris, manifesta que necessitas illius
 incumbit, ut cum dictorum aliquid est, tali cly-
 stere non utor, atque, si utendum est, non pro-
 pe ipsam missionem, sed multò ante: quò, scili-
 cet, motus, quem ciet, iam conquieverit: cum
 præcipuè soleat sola ipsa sanguinis missio suc-
 cos corporis commovere, qui non raro sponte
 in ventrem feruntur. Is ergo, motus accedens
 priori quem clyster eiverat, fit nimius, & an-
 te finitam missionem sanguinis, dicta affert
 pericula.

*Clystere
utendum
nox a
missione
sanguinis*

*de a
vitiis ut
illorum
aut
vidimus
autem*

*Ferendi
non sunt
qui omni
morbi te-
pore par-
ganti me-
dicamento
utuntur.*

*Carpit
eos, qui
mittendi
sanguinis
nullum si-
ne facit.*

pericula. Quapropter ego multo consultius
puto, ubi facultatis debilitas non obstat, mox
a missione sanguinis clystere uti, quo, re iam
circa missionem bene gesta, quod per eam mo-
tus exagitatique est, trahatur in intestina,
per quæ, & evacuetur. Quod sæpe vidimus
adeo feliciter cedere, ut vacuatus simul & ex-
purgatus sine pharmaco homo sit. Constet au-
tem virtus. Si enim neque gravata manifestè
intestina sint, neque virtus abunde firma, nul-
lo, neque ante, nec post, clystere utar, sola mis-
sione sanguinis ea die contentus. Sed redea-
mus ad illos quorum gratia huc divertimus.
Hi ipsi, expurgatores inquam, quibus nihil
aliud in mentem subit, quam vitiosa è corpo-
re pellore, quasi manu ageretur, neq; obstaret
quippiam, non contenti sua illo minorativa,
nunquam dimittenda expurgatione, quam in
ipso limine curationis perpetuo moliantur,
omni morbi tempore, quin & singulis diebus
purganti medicamento uterentur si vellet
egrotus parere, singulis diebus, nulla conco-
ctionis, neque alterius præparationis ratione
habita. Nimirum hi omnia quæ de concoctio-
ne philosophati sunt veteres, censent meras
negas. Tantum spectant quæ ventre exeunt,
eaque quo sunt deteriora, eo melius, ætiam
cum egroto putant, cum interim plurimo-
rum corpora collicient. Hi sanè ferendi non
sunt. Sed neque illi non errant quibus adeo

opportu-

opportunum videtur semper sanguinem mittere, ut mittendi nullum finem faciant, & neque purgationi, neque alijs remedijs locum ullum dent. Speciei humoris nullum rationem habent. Facultatem nunquam deesse judicant. Neque ullum incommodum ab ea evacuatione timent, cum tamen possint accidere plurima. Facile sane concesserim venæ sectionem esse optimum omnium auxiliorum quibus medici utuntur. Est enim valentissimum, & maximè præsentaneum, & multiplex. Dico autem multiplex, quia & evacans, & revelens, & refrigerans, & venas laxans, & omnem transpiratum augens, quam ob causam (ut nuper aliorum dictum est, & à Galeno valde celebratum) in nullo magno morbo non est opportunum, si vires ferunt, & puerilis ætas non obstat, ob hanc enim solam aliquando dimittitur, quia taliam substantia dissipatur facile, & quia insensilis evacuatio vicem missionis sanguinis supplet. Has ob causas Galenus scopos certissimos mittendi sanguinis esse dicit, magnitudinem morbi, robur virium, & florentem ætatem: sed duo illa priora, præter puerilem ætatem. Nam senilis ob debilitatem solùm excluditur. Multis sane difficile videtur esse hoc. Si quidem videtur consequens, mitti rectè semper in omni morbo magno, usque dum debilitas prohibeat. Non videntur autem omnes morbi magni

*Sanguinis
missio om-
nium auxi-
liorum opti-
mum, &
multiplex*

*4. de victu
acut. com.
19. & lib.
de sangui-
nis miss.*

magni æqualem fusionem sanguinis petere, sed alij maiorem, alij minorem ob differentiam tēporis, & loci, ac multo magis consuetudinis. Quis enim non, morbis & viribus æqualibus, mittat audaciùs, in morbo ex sanguine, quam ex syncerabile aut pituita? & natura calida, & humida quàm frigida & sicca? & homine cōfueto huic evacuationi, quam eo cui nunquã antea missus sit? & vere quam hyeme aut estate, & Valentia ubi est Hyems semper similis veri, quam in Delo aut Scythia? ob hæc ego alibi, recipiens hos Galehi scopos, iudicavi, perpetuos sane esse, & utiles, si ut oportet explicentur, non tamen indicare per se, sed ex accidenti (hanc autem nunc methodum ex indicationibus per se volumus texere, quia per tales magis mōstratoriè proceditur) quod si ex accidenti indicant, coniungi debent in praxi cum ijs quæ indicant per se, ut cum fluxione, plethora, aut ardore ingenti, aut alijs eiusmodi. Sunt enim quamplurima quæ per se missionem sanguinis petunt: quia ut dixi, utile est id remedium ad quamplurima, vixque potest in ullo morbo magno non esse aliquid cuius gratia utile sit. Est nihilominus tenendus aliquis modus, nam quæ eum excidit missio sanguinis, virtutem, plus etiam quàm ulla alia evacuatio debilitat, crudorum succorum copiam auget aufert concoctiones non aliter ac si quis carnibus elixandis sub trahat igne: unde

Lib. 7. cō-
troversia-
rū cap. 2.

Sanguinis
missio mo-
dū exce-
dēs quas
noxas af-
ferat.

unde morbos producit, & prolixas facit convalescentias; cacexias affert, ac hydropas, nisi tamen citius, præ debilitate, exoluti viribus agroti moriantur. Plurimis imponit missio sanguinis in diem rectè tolerata. Cum non id videndum sit, an statim à missione sanguinis sit agrotus defecturus, sed an eo sit, ad ferendum totum morbum, & tempestivè, ac sine diuturnis noxis convalescendum, ac suffecturus. Igitur à missione sanguinis duo illa rimenda sunt, præcipuè, debilitas, & concoctionis impedimentum. Debilitas quidem, quia multotum spirituum exolutio per eam fit, incoctio autem, quia naturali calore, & humore concoctiones aguntur, quæ omnium maxime sanguis favet. Id autem ita esse aperte intelligès, considerans, quæ partibus, in quibus suppurationem molimur, contingūt. Ea enim alteratio similima est concoctioni quæ in materia putridarum febrium expectamus, nisi omnino est eadem. At verò nullus chirurgus ignorat, ut promoveatur suppuratio, convocandum esse sanguinem ad partem, nisi satis affluat: quia calorem & humorem suppuratio desiderat. Merito igitur missio sanguinis in initio probatur maxime, dum scilicet neque debilitatæ vires sunt, neque concoctiones inchoatæ. Neque tamen proinde nego in alijs etiam temporibus esse tentandam, si aut non sit satis antea missum, aut nova incidat necessitas,

Ad missio

nem san-

guinis fit

virtus qua

ferat præ

sentem e-

vacuatio-

ne, & ad

sutura sus

ficiat.

A missio-

ne sangui-

nis timen-

da debili-

tas, & co-

coctionis

impedimē-

tum.

Sanguinis

missio in

morborum

initijs pro-

batur, sed

& alijs, tē-

peribus tē-

tanda.

fitas,

fitas, cum præcipue quædam eius utilitates ad alia potius tempora vocent. Nam ad refrigerandum corporis habitum in ipsa febris vehementia agitur: & augenda ventilationis gratia, in tardis & lentis remissionibus aliquando. Sed id solum dixi, iudica vique familiarem magis esse principio morbi eam evacuationem, quam alijs temporibus, muturandunque, quoad fieri possit, vacuare, quantum res præsens exigat. Expurgatio maxime familiaris est morborum fini: familiaris etiam principio, & si minus, minimè verò temporibus quæ interfamiliaris sunt, incremento dico, & vigori. Nam cum expurgandum non fit, Hippocrate auctore, nisi cœcta aut turgentia, cœcta verò esse non soleant ante vigorem, turgere rarò eveniat nisi in initijs acutorum, cum non dum firmati succi sunt, constat expurgationem his temporibus agendam, alijs verò minimè, cum soli concoctioni est studendum. Est quidem hæc forma regularis curationis, non tamen proinde nunquam est aliter agendum. Nam ut antea etiam diximus, scopus urgentiæ omnem inturbat ordinem, & cunctis alijs debet anteferri. Quæ maximè causa est ut nullum inviolabile præceptum in hac arte sit, nec ulla perpetua formula. Rectè quidem ac merito dice dicimus, non esse expurgandum ante cœctionem, citra turgentiam. Sed quid si pro vitium ratione, & quantum hæc morbi

& succi species fert, vacuati. m. sit sanguinis, & succi non turgeant, tamen vitiosorum turgeat copia, aut maligna qualitatis suspitio imminet? Alij propensiores sunt admittendum amplius sanguinem, etiam cum periculo, id quod min. oris ten. eritatis esse putant, quam non tunc concessa expurgare. Alij dantes urgentia, malunt periclitari expurgando: quia expurgatio, si bene tesserit, cacochimia melius occurret, quam sanguinis m. s. v. Alij rursus, hoc non negantes, tamen bene posse eam expurgationem credere, desperant. Cur autem id fieri non possit, nullam afferunt, neque verò afferre possunt, demonstrationem (desiderabat verò hanc ad eò obstinata sententia) causari enim dictum esse ab Hippocr. non movenda cruda, & à Galeno innumera alia in eandem sententiam, h. c. m. m. est. r. d. i. o. r. m., qui aliorum dictis mordicus, sine ullo iudicio, addicti sunt: aut infantium, quibus: s. f. e. r. t. i. o. i. p. s. a. p. r. o. causa est: neque verò eos qui aliter dicent, intelligas summis illis auctoribus refragari velle. Neque auctoritatem, neque regulam auctoritati detrahunt idoneae exceptiones. Quid enim est perpetuum in rebus humanis? quid non aliter fieri potest, cum frecenter fiat? quid apertius Hippocr. affirmavit, cum uterogentes missio sanguine ab o. i. t. i. r. e., non itaque talibus esse secandum verum? quid Galen. magis prohibuit, quam pueris secare ante

inviolabile in n. e. d. ca. arte. Propensior agror. us.

Idonea exceptio- res nihil detrahunt auctoritati aut regulis: s. e. r. i. e. t. u. s. e. s. t. i. n. u. a. n. i. s. p. e. r. m.

2. aph. 21.
libr. de
Sangum.
missione.

1. aph. 22.

1. aph. 11.

An ullo
modo ex-
purgatio
ante co-
ctionem
& citra
turgentiam
bene ce-
dat.

quatuor decimum. Nullus tamen medicus ad
eò iam inexpertus est, ut ignoret, infantibus
etiã aliquando utilissime secari, & utero ge-
rentibus, non solum ob alias occasiones, sed
ob ipsam solam prægnationem, non raro ne,
scilicet, abortiant; cum sint non pauca quæ
nulla alia ratione possint præservari, ut pote
quibus multitudo abortiendi causa est. Vtrum
horum dicitur asseverantius, cocta medicari
oportet, An, in accessionibus abstinere oportet?
an non idem autor est, & æqualis asseve-
ratio? nullus tamen dubitat, siccis & calidis na-
turis, pycrocholis maxime in ipsa invasione,
atq; ad eò omni paroxysmi tempore dari pos-
se cibum utiliter, atque alijs quibusvis necessa-
rio, periclitante virtute. Quid ergo fecit unicũ
illud præceptum irrefragabile. Nihil certe ni-
si iatrogorum ambitiosa garrulitas. Sed for-
te hi dicent, sibi satis esse gravissimorum au-
torum verbis hæere, illis verò qui exceptio-
nes inferre vellint incumbere, eorum quæ di-
xerint, monstrationem. Queritur itaque an
ullo modo fieri possint, ut expurgatio ante co-
ctionem, & citra turgentiam, bene cedat.
Hic imprimis certabitur experimentis. Hi
proferent sua, vidisseque se iurabunt haud du-
bie, fœlicissima: illi negabunt se vidisse ulla ni-
si in fœlicissima est fateri, se, aut plurimos ten-
tando læsisse, aut nunquam, raro ve tentasse,
sed ob iuratam opinionem abstinuisse. Vtraq;
causæ

causa sunt indigni fide, præterquam quod iure sunt testimonia affirmantium quam negantium, efficaciora. Attestari etiam ego his possum, sæpe me non dum cocta, neque verò turgentia felicissimo successu expurgasse, affuisseque meorum præceptorum quibusdam, (nam alij repugnabant) perinde facientibus. Si sunt exempla producenda est unum pro multis, sæpe Magnus Rex philippus in civitate Pacensi, qui per morbum vigesimum superavit, & ante nonam nullam habuit remissionem, pharmaco cum die quinta accepit, succis quidem non omnino firmatis, sed neque turgentibus. Quo maxime auxilio (sit honor Deo) & ipse à morte, & tota Resp. Christiana à summo timore liberata est. Accepit verò die quinta, quia morbus, ut plurimi perniciosorum solent per dies pares manifestè movebatur. Habuit enim secundum graviores primo, quartum verò, sextum, & octavum difficilimos. De testimonijs igitur hætenus. Causæ requirantur, sine quibus nullius rei scientia haberi potest. Si ut antea, cum de symptomatis ageremus, rectè monstratum est, posse esse (etsi plerumque non sint) symptomaticas evacuationes utiles, sit, ut & expurgationes ante concoctionem tales esse possint. Si enim est, cum ipsa natura, nullo exterius provocante, in cocta utiliter expellit, etiam cum in id ipsum. Quod sponte facit, pro vocanti adminiculetur. Si verò sine auxilio

Affirmat

autor se

nondum co-

cta, neque

turgentia

sæpe ex-

purgasse

felicissi-

mo succes-

su.

Exemplum

in morbo

magni

regis Phi-

lippi.

se-

-

-

-

-

lib. 2. c. 13

-

Inquiri

causas ob

quas ante

concoctionem,

citra

turgentia potest vacuare utiliter, possit etiam utilius ar-
 liceat ex- tis sentiens opem. Nihil enim obstare potest
 purgare expurgationi ante concoctionem, quod non
 aliquando etiam, ac multò magis obstet evacuationi sym-
 ptomaticæ. Ne vero cuipiam hoc meum testi-
 monium erroris causa sit, quod ego nihil aliud
 quam impossibile non esse, ac proinde fieri
 posse dixi, indistinctè fieri debere intelligen-
 ti, res exigit, ut proposita hæsitacione resump-

In propo- ta, ego meam sententiam aperiam, quidque fa-
 sito agrotò ciendum sit aperte eloquar. Proponebatur
 inspicien- agrotus, cui pro virium ratione & morbi ac
 d. et alias succi specie satis multum sanguinis esset ex
 omnes cõ- tractum, neque ulla esset turgentia, tamen vi-
 ditiones tiosorum urgeret copia, & malignæ qualitatatis
 status in immineret suspitio. Hoc caso ego dixerim,
 quo est. alias omnes condiciones status, quo agrotus
 est, inspiciendas. Quod si ex expurgationi re-
 pugnent, ab ea omnino abstinens, aut mitten-
 do sanguinem periclitabor, aut omnino neu-
 trum faciendo, sed prospiciendo utcuque

Purgandū facultati, & solis utens enematis aut glandi-
 ob urgen- bus. Sin autem, etsi neque concoctio, neque
 tiam extra turgentia sit, tamen alix condiciones non om-
 coctionem nino deterrent, tentabo quidem expurgare
 & turgent ob urgentiam, atque confidentius, quo condi-
 tione si alie tiones quæ invitant, erunt plures. Si enim hæ-
 cõditiones ri posse, ut tales purgationes prosint, & ut læ-
 non deter dant, indicatum est, constat, ad artificem per-
 sent. tinere, in quocunque singulari homine posse

distinguere, an in hoc & nunc sit pro futura expurgatio, an læsura, idque, per certas quædam conditiones, quas experimentum & ratio ostenderit, faciendum. Quæ sint ergo hæ conditiones, dicamus. In primis hypochondria omni phlegmone libera. Nam si tentata inflammatione, medicamento quilibet solvere conetur, nihil de eo, quod intentum inflammaturque est adimet, sed phlegmonem auget, colliquationem faciet, atque inde mortem. Deinde, febris moderata. Nam si ardente plurimum febre, detur medicamentum, carnes calidæ illud trahunt, & ita evacuatur nihil, sed augetur febris & cacochymia. Maxime autem obstat insignis ardor capitis & spiritalium, quia hæ partes, cum ardent, trahunt facile ad se omnia, & quæ medicamentum commover, absorbent. Obstat etiam maxime alui siccitas. Quia humores aliorum indicat inclinare, & metus est, ne commotioneque evacuati, sed rapti alio, maioris noxæ causa fiant. Magni etiam momenti est, peculiarem hominis naturam perpendere, & quæ de eo habentur experimenta. Quidam enim expurgantur facillime, & sine symptomatis ullis, ac citra noxam, et si purgentur passim. Quidam aded sunt difficiles, ut et si purgentur per opportune, corripantur horrendis symptomatis, & ledantur in posterum manifestè. Si igitur quis horum sit, cui in hypothesis ponebatur, utrunq; periclitandum

*Quæ sine
conditio-
nes que
invitant
aut deter-
rent à pur-
gatione,
succis ne-
que coctis
neq; iur-
gentibus.*

est, potius quam expurgando. Si verò sit quispiam eorum, qui facile expurgentur, laboretque febre putrida, cum malignitatis aliqua suspitione, iam scisa vena, bene vacuatus, turgentes quidem & errabundos succos non habens, neque tamen, omnino quietos, sed velut fusos, & in ventrem inclinantes, quod indicet murmur hypochondriorum, aut deiectio liquidior, duplex aut triplex per diem (hoc enim etiam ad excretionem non parum invitatur) ipsaque hypochondria laxa, neque insigniter calentia sint, neque verò per totum habitum carnes ardeant, neque tāgenti ardor magnus occurrat in capite aut thorace, sed ea quæ in est febris æqualiter per corpus fusa sit aut ad humiliores partes inclinet etsi nondum adsit coctio, dabo medicamentum expurgans, quia quod adest, non adeò obstat, & quod timetur urget, indicationem autem urgentiæ omnium esse primam dictum iam sæpe est. Si verò phlegmosum aliquid subesse in ventre videatur, quantumvis cacochimiam timeam. Medicamentum non dabo, periclitabor potius, etiam virtute dubia, plus quam constitueram, mittere sanguinis Perinde faciam, si thorax aut caput, aut omnes carnes vehementer ardent, nisi de virtute magna desperatio sit. Si enim est, irrigabo caput oxyrrhodino, thoracem etiam totum habitum hydreleo, & potabo frigida. Scio hic obstrepent scioli, dicentes,

hanc

hanc esse ultimam indicationem, atque omnium
 postremo esse veniendum ad attemperationem.
 Recte sane, cum licet omnia prius facere, cum
 autem non, quæ maxime urget, est omnium
 prima: Evenit enim attemperatis hac ratione
 partibus succedere alui fluxum, quo & indica-
 tioni à causa ex accidenti factum sit satis: Sin
 autem id non accidat, tamen sublato intempe-
 riei magno illo excessu, qui obstabat, licebit
 nobis ad expurgationem redire: & quamvis
 videamur fecisse præpostere, fecerimus tutius.
 Ita si is de quo loquimur agrotus sicca admo-
 dum alui sit, à medicamento expurgante ab-
 stinebo, quantumvis estineam humorum habu-
 ram, nisi prius clysteribus mollioribus (nam ad
 hanc rem acres non faciunt, qui & noxas ha-
 bent pharmacorum, & sicant potius alvum)
 & usu ciborum levium, ut profundorum emolli-
 torum ex istis aut malis, aut etiam mercuria-
 lis, aut solus castis fistularis medulla, alvus ca-
 liquantum emollita sit. Constat autem, quod si
 dictorum duo obstant, aut plura, illis omnibus
 occurrendum est, antequam detur pharmaca,
 ac si fieri possit simul. Velut si simul caput ar-
 deat, & alvus sicca sit, simul emollienda
 alvus, & caput irrigatione refrigerandum. Quod
 si nullatenus his auxilijs cedat affectio: Sed
 perleveret ea symptomatum syndromè, nulla
 neque urgentis, causa dandum pharmacum
 est, quia cum talibus datur, in ipso purgatio-

*Argentia
 causa mul-
 ta sunt
 præpostere
 sed utili-
 ter.
 Localia
 remedia,
 universa-
 libus inter
 ponitur.*

nis die furore ac convulsione corripiuntur, &
 pereunt cum magna medici nota. Quidvis er-
 go agenda potius. Multa itaque sunt in hac
 arte, in quibus urgentia causa, ab arte recede-
 re, ars est. Nam cum sint in ea multa præcepta
 legitima & regularia, perpetua tamen nulla
 sunt, & qui ulla habet pro perpetuis, & invio-
 labilibus, methodicus dici potest, rationalis
 autem minime. Nam rationalis non curat ex
 libello aut commentario, sed ut in re quavis
 exercitata ratio dicat, & nullis se legibus tã-
 quam pragmaticis obligat. Velut nunc ex-
 purgandi duas occasiones esse diximus potio-
 rem in inclinatione universali, alteram verò
 tempore priorem morbis inchoantibus, nihilo-
 minus & alias occasiones invenimus, etsi non
 adeo legitimas, sed profectas ex urgentia. At-
 qui præter urgentiam, nullam, dicta regula de-
 coctione aut turgentia, exceptionem habet in
 morbis legitimis, & uniformis constitutionis.
 Cuiusmodi esse solent acuti maximè, nam lon-
 gi, hi præcipè qui ex acutis decidunt, plerun-
 q; sunt difformes, ut non tam sit unus simplex-
 que morbus, quàm multi & varij, alij post alios
 decurrentes, per multos abscessus & recidi-
 vas. In talibus, neque curatio uniformis esse
 debet, neq; unum habere ductum. Cum enim
 neque tota morbi materia unum motum à prin-
 cipio ad finem subeat, neque ad unam crism
 referretur tota, sed multiplex variaque sit, &
 multi,

Urgentia
 causa ab
 arte rece-
 dere ars
 est, nulla
 enim præ-
 cepta sunt
 perpetua.

Regula
 purgandi
 coctos aut
 surgentes
 succos, nul-
 lam habet
 exceptio-
 nem in mor-
 bis legiti-
 mis & uni-
 formis co-

multiplices variosque motus subeat, neq; tem-
 pora ita egrotandi sunt simplicia, sed evenit, *præter ur-*
 parte iam cocta, partem adhuc crudam esse, ac *gentiam,*
 secundum alterum in initio hærere affectio-
 nem, secundum alterum inclinare. Unde fit,
 ut sæpe medici de tempore universali morbi
 altercentur, & ij qui parum sunt in artis operi-
 bus exercitati, & eam, quam aut in auditorijs
 libris, aut à præceptoribus mente concepe-
 runt idem constitutionis morborum, & tem-
 porum universalium, in omnibus ægrotis ad
 amissam videre expectant, tùm in plerisque
 fallantur, tum etiam remedijs rarò inveniunt
 locum opportunum, ne rarò qui non nisi in
 morbis duo genere simplicissimis, & uniformi-
 bus, quales non sunt adeò multi. In ijs igitur *In morbis*
 qui multiplices sunt, & velut multorum mor- *multipli-*
 borum aggregatione fiunt, aut etsi generis unius, *cibus, &*
 tamen ex materia adeò eterogenea pendant, *irregula-*
 ut irregularis fiant constitutionis, curatio etiã *tis consti-*
 debet e fatalis, multiplex inquam aut diffor- *tutionis cu-*
 mis. Atque ita sæpe post expurgationem re- *ratio sit*
 ctè peractam, non sine ratione reditur a l mis *multiplex*
 fionem sanguinis, & cùm istud esse concoctio-
 ni cœperimus, rectè interponitur expurga-
 tio, & cùm nondum tota peracta est, interpo-
 nitur attemperatio, si non que totum v extinguat
 morbum, at, que non sinat, dum medi-
 cus aliud agit, intemperiem in summum cres-
 cere. *Usque adeò nihil inutilius, neque*
 peri-

Nihil pe- periculofius, quam unam ſemper ſtatimque
riculoſius formulam obſervare, quam, parum circumspe-
quam una ſi, & plurimorum ignati, methodum vocant,
ſemper quæ tamen ea ſolum methodus eſt, quod bre-
obſervare vis via, plus tamen ſatis eſt. Ars non poteſt in
formulam tam anguſto contineri. Ratione opus eſt, quæ
 perluſtret omnia, nam ipſorum caſuum mira
 varietas eſt. Itaque legitimam curationis fe-
 brium putridarum (nam de his præcipue nunc
 loquitur.) Præceptum eſt, inter initia, & cum
 hondum ſucci firmati putreſcunt, quantum res
 exigit mittere ſanguinem, & expurgare, atque
 rursus in inclinatione, & coctione iam peracta,
 & natura ad evacuationem converti incipien-
 te, purgare, per ventrem quidem, maximam,
 & craſſiſſimam partem excrementorum, poſ-
 tremo per urinas reliqua. Atqui periculi fa-
 ciendum, ſive acuta affectio ſit, ſive longa, ſi
 modo conſtitutionem habeat regularem. Ta-
 metiam diximus rariuſ id accidere longis
 quaſi acutis, qui plerumque longi ex multi-
 formibus ſunt, & cum multorum membro-
 rum, eorumque valde differentiâ læſione,
 ut ſæpe ſit potiuſ multorum complicatio, quam
 unus morbus, non tamen adeo hoc ſemper fit,
 ut non poſſit eſſe acutus valde multiplex, ut
 certe multa ſemitertianæ, & longus ſimplex,
 ut quartana, quæ ab initio invadens, per annu-
 integrum eſt ſui ſimilis, ea ſolum differentia,
 quæ ſecundum ejuſ tempora, ut quaſdam æta-
 tes

res morbi, est. Igitur in acuto difformi, variè, longus sim
 & in longo uniformi, uniformiter curabis. In plex, &
 illo auxilijs instans, tentansque varia, ut ipsa quomodo
 instabunt & variabunt mala (nam magnis ma curentur.
 gna, celeribus celeri, varijs varia, ut extremis
 extrema curatione occurrendum est) in hoc
 nihil magnum moliens, sed si res ferat, per an-
 num totum concoctionem opportunam expur Inter eva-
 gationi, & reliquas post eam evacuationes cuationes.
 expectans. Quid ergo? an inter evacuationes principijs
 principij & inclinationis morbi regularis om- & inclina-
 nino est agendum nihil, sed tantum expecta- timus mor-
 da nature opera? nullus interim locus feta- bi regula-
 rij? nullus iunctionibus? nullus ijs, quæ pro- ris, quid
 prietate dicantur morbo adversarij? nullus ijs agendum.
 qua roborare partes? nihil agendum ob sym-
 ptomata? Hic rursus duplex peccatum me-
 dicorum est, qui iam sine ullo ordine omnia
 ubique inculcant, nulla cautione hoc tantum
 agentes, ut agant multa. Alij plus satis cauti si-
 ne differentia damnant omnia, & timentes ne
 quo lædant modo, multas proficiendi amittat
 occasiones, & cum utrique sint affis ignari, & statu
 utrique se iactant gloriose, illi remediorum morbi a-
 multitudinè, hi inani methòdo. Inanem voco gunt mul-
 eam, quæ eum occasiones ferè omnes utilium ta, & eos
 remediorum prætereat, solo verborum fastu qui nihil.
 celebratur, Hippoc. cum dixisset inchoanti- 2. aph. 29.
 bus morbis si quid videretur movèdum, move.
 Quod Galen. interpretatus est, neque ullus
 medi-

Nomine
quietis à
magnis
evacuatio
nibus ab-
stinendum
docet Hip.
nō ab alijs
remedijs.

medicorum contradicit, de missione sanguinis aut expurgatione aut utraque addidit, cum verò consilium ac vigent, melius est quietem habere. Quando quidem verò illis verbis inchoantibus morbis, opponit illa. Cum consistunt ac vigent, constat, cum vigore intelligendum etiam, id quod post initium est, hoc est incrementum. Atque quoniam movendi nomine, evacuationes magnas intellexit missionem, inquam, sanguinis & expurgationem, quietis nomine intelligere, à talibus evacuationibus abstinere, non tamen etiam non uti enemate, ad aluum fecibus durioribus plenam, neque non juvare eam, quam à natura expectas, humorum concoctionem, si quæ ratio juvandi est, neque non attemperare cerebrum, si præ eius intemperie homo non dormiet, neque non facere alia quam plurima, quæ etsi facias nihilominus quietem habebis, hoc est non movebis corpus insigni ulla vacuatione. Ac dicunt, ea omnia plus lædunt, quam possint, ea occasione, quia localia ante corporum evacuationem, locum non habent. Quæ intra corpus sumuntur, si calida sunt, augent febrem, si frigida obstructionem, ac proinde putredinem, unde ex accidenti etiam febrem, quæ roborandi cordis, aut proprietate occurrèdi malignitati succorum, dantur, timent etiam ne obstruant, somno, aut vigilia, aut dolori occurrere symptomata, aiunt, curare est, non morbum, tanquam

tanquam si quis umbram auferre studeat, manente corpore. Quid ergo agendum? mittendum, aiunt, sanguinem. Quid deinde? mittendum rufus. Quid post hæc? mittendum iterum. Missio verò? nihil præterea. Obrevem formulam, meritò sanè vilipenditur. Quæ tam paruo constat. Quorsum Hipp. & Galen. & alij omnes autores tum Græci, tum Latini, atque etiã Arabes, & iuniores nostro seculo proximi, atque etiam nobis contemporanei, tam multa congesserunt de simplicibus & compositis, & eorum formulis innumeris? cur tam multa de purgandi ratione? de succis & corporibus præparandis? de symptomatis amovendis, cû liceat hæc omnia uno hoc verbo concludere, sanguinem mittere? Sed nos quæ in occasione dicta facere oporteat dicamus, & indicemus. Ita enim fortassè meliùs utrosque, & eos in quam qui omnia cõmiscerit, & qui plus satis à remedijs abstinent, ad mediocritatem, quam omni in re amat prudentia, reducemus. Illud autem ante omnia præfabor (ne quis me putet missione sanguinis maledicere,) ut illas innumeras missiones sanguinis quæ ad quindecim aut viginti procedunt, nunquam facio, ita nullum ferè esse morbum, cuius curationem à missione sanguinis non inchoè, quia ea non præmissa, vix ulli remedio locus est. Plenum enim corpus neque alijs evacuationibus præbet vias fluxiles, neque medicamentis ullis præstat cõmea-

Nullus se
 ré morbus
 est, in cuius
 principio
 sanguis
 non mittatur.

commeatum, refrigeratum densatur, calfactum inflammatur, nulli curationi est opportunum. Vacuandum ergo corpus eatenus ut curationem reliquam sine noxa sustineat, non autem eatenus, ut facultas in posterum non sufficiat, aut corpus commemoratas antea noxas incurrat. Missio verò intra modum sanguine quam totius possit, atque si res postulet iuxta dictas antea distinctiones, adhibita purgatione, concoctio reliquorum, per quorum putrescentiã morbus increfcit, atque versus summum vigorem abit, expectanda, ut ea peracta naturæ opera morbus iudicetur, vel natura id faciente segnius, nos cocta medicemur, quia is est facultatibus naturalibus ordo agendi, de quo nullos medicorum video dubitare. Si autem coctio expectanda, certè & iuvanda si possit, potest autem, quando quidem ad eam promovendam iubet Hippoc. pãnis contegere, quietem agere, & inungere. Quidni autem, quæcunque in parte inflammata & exulcerata pus movere possint, & in venis putrescentis materiae concoctionem maturare, si quidem eadem alteratio est, & emendatio putredinis per substantiæ perfectionem à calore naturali rectè permiscente opposita paribilia? fomenta igitur moderatè calida cum quadam humiditate hanc promovent, & quæcunque naturalem calorem servant sine dissipatione, ut vestes quæ non tam externum afferunt, quam receptum

*In augmẽ
to, & cir-
ca statum
morbi ju-
vanda co-
ctio.*

*4. acuto.
44.*

*Quæ sint
quæ coctio
nè curant
in morbis.*

tum à corporibus calorem geminant, admo-
 tiones manuum, aut catulorum, similiūve ani-
 malculorum recentium, quorum calor nostro
 similis, alitones quoque moderati caloris, &
 balnea tepentia, seu moderatissimè calida: nam
 quæ aperte iam calida, non eoquentia, sed va-
 cuantia sunt. Inunctionibus itaque concocto-
 ris uti licebit. Constat verò quod ad eas par-
 tes præcipuè in quibus maximè concoctiones
 aguntur, ut hypochondria, & totum ventrem,
 sed & ad totum corpus, quia & per omnes ve-
 nas concoctio materia ex qua febres pendet,
 plerunquè celebratur. Concoquentia autem
 esse indicavimus, quæ caloris moderati, ut cha-
 mæmelinum oleum, aut dulce amygdalinum,
 aut calidæ fomentum. Quod si in fæctum po-
 rorum times, (timere autem par est, in illis, præ-
 cipuè in quibus à refrigerata, & densata cute
 morbus incæpit, sed & per febres putridas om-
 nes, in illis enim prohibita ventilatio per ob-
 structiones plerunquè est, & nunquam non
 maior ventilatio iuvat, à putredinis incremē-
 to & malignitate præservans) ad miscebis oleo
 aliquid ephanticum, quodque extergendo,
 poros deobstruat (ut ego soleo) aliquid nitri,
 aut ustisalis, si verò cutis non densa solum, sed
 frigida etiam sit, & ignis in alto conditus, mis-
 cebis etiam sulphur ut calorem revocet. Quod
 si hypochondrijs times, ut certe par est, à con-
 coctoris inunctionibus laxitatem, per miscebis
 aliquid

Quæ par-
 tes inun-
 genda ad
 concoctionem
 in morbis
 & quibus
 medicamē-
 tis.

Calidis
 moderatè
 cum uti-

mur adhy
poch. caria
miscer da
qua volur
servent.

aliquid melini, aut *Ulymbitis*, aut *nardini*, ut
et *Etio* pro moreatur, & servetur partim ro-
bur. Atqui ne ab his localibus quæ laxantia nõ
sunt, neque trahentia, sed ac firmi *Etio* nis cuius-
dam participia, quæ piam tin eas, evacuatio-
nes in principio n orbi factæ sufficienti, sive

Potiones
quadam
narrant co
Etio, &
quales la
sint.

per hanc & expurgationem simul. *Etio* s au-
tem non ea solum quæ exterius adn oventur,
et nec *Etio* ria esse posse, sed & potiones etiam
cuasdam, ut *mullam*. Quid ergo prohibet hæc
singulis diebus propinari, dum expectatur *co*-
Etio, aut *serapium* aliquod caloris moderatifi-
sini, quale capitorum veneris est aut aliud ejus-
modi, aut apozima ex herbis ejus qualitatis,
quæcunque natura l eminis & n orbi maxi-
me accõmodari videatur? Neque verò solũ
licet uti concessorijs, sed ijs etiam quæ putre-
dinalia ratione obstant, ut incipientibus aci-
dis, propter succos calidos, acribus propter sti-
gidos, cum à crassitie timemus (ut certè pla-
runque) ne obstruendo putredinem augeant.
Si enim putredo à ventilatione prohibita est,
& hæc ab obstruente, & hæc à multis & oral-
fis, quid potius, multitudine in initio depefitæ,
agendum, quam incidendum, & aperiendũ,
hæc enim putredinem tollunt, sublatione cau-
satum: Coquentia verò per contrariam altera-
tionem, nam *concoctio* contraria est putredi-
ni. Igitur & *oxymellite*. Mellis aut *sacchari*,
ut videbitur, uti tunc temporis licet, nam in-
biupila
cissio,

- tificatio & extenuatio succorum, nulla ratione *Inciso. &*
 - contraria est concoctioni; in ð vero ad facilio- *extenua-*
 - rem concoctionem preparat; ut & conmi- *tio succo-*
 - natio carnis in ad elixationem. Cum ergo adrum pra-
 - futuram expurgationem necesse sit corpora parat ad
 - fluida facere, ut recte monuit Hippocrat. fiant *faciliorem*
 - que talia, a pertis laxatque vijs, & scuis ex- *coctione.*
 - tenuatis atque incisis, constat enim preparatio-
 - nem non tunc inchoandam, cum iam sufficiens *2. aph. 10*
 - concoctio adest, quia tunc non sine re putres- *Facta suf-*
 - centiæ periculo differetur expurgatio, & re- *ficietur*
 - tinebuntur excrementa, ut certe maturam iam *coctione,*
 - in vòmica pus, & in thorace sputum, sed antea, non sine
 - ut quoad fieri possit, in idem ten pus incidant *periculo*
 - concoctio ac extenuatio luctuum & viarum *differetur*
 - laxitas: cum exigua adhuc est concoctio, & expurga-
 - crassities multa, incipientibus, & roquenti- *no.*
 - bus, ut oximellite, si sine multa crassitie, solis *Quando*
 - concoquentibus, ut nulla. Inorescente jam *utendum*
 - bene concoctione, licet a perientia adijcere, ut *mandeti-*
 - quinque radicibus, aut ejusdem facultatis her- *bus, & co-*
 - barum, de cocta: ut feripia (nam de singulari *quibus,*
 - materia, aut eius paranda modo, non conten- *quando so-*
 - do, more futilium quorundam, quæ nihil pro- *lis coque-*
 - bant, præter id, cui ipsi assueverunt, cum ta- *ribus, &*
 - men hæc indifferentia sapientia, & sola facult- *quæ do a-*
 - tatis attendenda,) neque tamen quæ per urinam perierit. *lus.*
 - Vacuant, aut per sudores, aut insensilem eva- *Quando*
 - ruationem, clauda sunt affatim, & larga manu, *ut ordi bis*
 - usque dum à concoctione purgatio peracta quæ per
 - illam

Sudorē aut per urinā vacuant aut per in sensibilem evacuatio nem. sit, eaque sufficiens. Nam velut antea monuimus, misse sanguinis expurgationem, & hæc alias evacuationes debet antecedere, ne crassa impingant in angustas vias. Licet tamen, cum iam expurgandi tempus instat, dare taliū non quod in illas vias impetu ferre, & à ventre auertere succos valeat, sed quod interiores vias aperiendo ex-pedire. Monstratum enim antea est, indicationes priores sensim dare locū posterioribus, neque opus esse priores tanquā exaurire prius quam posteriores incipiant.

Hoc capite

Vrina pro norio, & balneum post purgationem sunt optima remedia febrū putridarū.

Balnei oportunitas

super est fuliginosum, & visum magis est quā crassum, & putridum, aut valde crudum, balneum aquæ dulcis modicè calidum coquit, & temperat. Quod enim valde calidum est, aut salsum, nitrosū, aut sulphureū evocat, & per cutem vacuat insigniter, calfacit verò, & siccāt. Quapropter in initio putridarū, &

Itaque tunc, non nihil à purgatione, plus multo dari debet, ultimum enim colophonē omnium putridarum februm curationi optime imponit urinæ promotio, aut evaporatio per balneum, & quæ huiusmodi. Balnei enim oportunitas eadem esse videtur, quæ & diæ phoreticorum, & aperientium, nimirum ubi multitudo deposita, & reliqua materia concocta est, aut coqui cœpta. Vbi enim corpus crudis aut putridis plenum est, fluxiones commouet, & ubi putredo subest multa præcipue crassorum, eam auget. Vbi verò deposita copia, quod super est fuliginosum, & visum magis est quā crassum, & putridum, aut valde crudum, balneum aquæ dulcis modicè calidum coquit, & temperat. Quod enim valde calidum est, aut salsum, nitrosū, aut sulphureū evocat, & per cutem vacuat insigniter, calfacit verò, & siccāt. Quapropter in initio putridarū, &

nullis

nullis apparentibus concoctionis notis, nullo balneo locus est, quia fluxiones commovens si quod princeps, quod non sine periculo laborare potest debile est, in illud fortasse excrementa detrudet, atque pro concoctione quæ in illis expectatur, malæ cuiuspiam putrescentiæ causa esse poterit, elapso verò principio in febribus quidem biliosis, quarum materiæ alteratio in ustionis naturam magis inclinat quam putredinis, cuiusmodi tertianæ exquisitæ, & ardentes febres, vel incipiente solùm concoctione, balneis dulcibus, & tepidis licet uti, quia putrescentiæ sordidæ in talibus est minus periculum, & attemperationis maior necessitas, & ut concoctio crescit frequentare, & quo dictæ febres sunt exquisitiores eo magis. Igitur & in his ipsis quo magis deficiunt ab exquisitis, eo minus & tardius veniemus ad balnea. In pituitosis verò, quarum materia crassa, & lenta est, & putrescens magis quam ardens, non ante inclinationem, & expurgatam maximam eius partem, cum scilicet diureticis etiam locus est. Sulphureorum verò aut nitrosorum in febribus nullus est idoneus usus, sed tantum in affectionibus alijs non febriculis, quæ cum succorum crassitie consistunt. Habent itaque balnea in febribus locum præcipuum, post evacuationes maiores, & concoctionem integram, aliquem verò etiam habet prius in quibusdam præcipue earum generi-

In principio putridarum nullo balneo locus est.

In ardente febre & tertiana exquisita vel incipiente coctione balneis dulcibus, & tepidis licet uti.

Sulphureis, & nitrosis balneis in febribus nullo est idoneus usus.

Ob vehe-
mentiam
caloris
quando
utendum
sit balneo.

neribus. Porro utcumque ab ipsa caloris vehe-
mentia timere incipis, ne pro concoctione
colliquationem inferat, omni ratione refrige-
rare necesse sit: nā etsi morbi ipsius & intem-
periei ultima, ordine agendorum, indicatio
sit, tunc tamen etiam est tempestiva, cum non
potest, citra evidens periculum attemperatio
deferri, cum præcipue tunc non tantum ob
morbum, sed ob ipsam illius causam, & ob ipsā
quæ desideratur, coctionem, refrigeratio mo-
lienda sit. Nam ut concoctio calore agitur
moderato, ita nimio putrescentia maligna.
Quod in inflammata parte videre est, quæ ca-
lens intra quendam modum pus bonum ge-
nerat, impense autem ardens malignum vi-
rus, & ipsa in gangrenam incidit. Ne igitur
pro concoctione malignam putrescentiam in-
currat ipsa morbi causa, cum febris quacunq;
etiam putrida, intolerabiliter increfcit, necesse
est, vel in frigidam aquam immergere homi-
nem, præcipue robustum, & florentem ætate,
nūdum hydreleo totum dorsum & ventrem,
thoracemque rigare, aut frigidis epithematis
cordis locum hepatis, & renum temperare, po-
tunt frigidum largiter dare, etsi exigua aut
nulla adhuc concoctionis notæ sunt, quin (&
quod adversum magis videtur) & si aliqua
phlegmonis, aut phlogosis internæ suspitio sit
(quod in nuves rectè dixit Celsus) melius est
phlegmonem incrudare, quam sine hominem

Quando
balneo a-
qua frigi-
de, & po-
ru, & alijs
frigidis
remedijs
utendum,
quanquā
exiguæ aut
nullæ co-
ctioris sig-
na sunt.

in hecticam, sed in syncopem & periculum eitissimum, ob ingentem intemperiem labatur? Quid enim sit magis ridiculum quam impendente periculo breui ex intemperie, velle attemperationem differre, & antepone longam materiam concoctionem. Multo quidem audacius datur aqua frigida, per febres urætes, cum concoctio apparet in urinis manifesta, neque inflammatio est ulla interna, & homo quidem est robustus calore naturali, & nullo membro principe insigniter debili, talibus enim sine ulla temeritatis nota datur. Quia ut diximus, & ab intemperie & à causa, & à symptomatis petitur, & à nulla alia re prohibetur. Tunc autem frigida, & magna copia dari debet, quia paulatim data intemperiem non tollit, & ipsa aqua à febre victibilis copiam auget, & eius dissipatione tardat, ac febres producit. Est verò ista larga & frigida potatio auxilium, ut optimum, ita valde suspectum, quia nisi omnia quæ dicta sunt convenient, magnarum nozarum, atque aliquando inemendabilium occasio esse solet. Si verò convenient omnia eitissimam affert sanitatem, extincta febre succedentque copiosibilis vomitu, aut magno alui profluvio, aut abundante sudore. Quod si quadam dictorum de sint, intemperies, verò plurimum urgeat, accēbit, etsi minus tutò fiat, uti frigida minus largo potu, sed repetito, & reliquo victu, & curatione attemperante. Putare

Quando
utendum
copioso
aqua frigida potu,
ac quando
minus copioso, sed
repetito.

enim, nullam attemperationem fieri posse, antequam omnino cocta, & expulsa materia sit, magnæ est inexperientiæ. Refrigerabis igitur tunc apozimatis frigidis, & nive refrigeratis, & epithematis, & lactucæ, crudæ cum aceto, & refrigerati melonis multo esu. Quod si tunc vires suppetant, etsi pro re videretur, antea missus esse satis, mittes rursus sanguinem vel usque ad animi deliquium. Multo enim minus periculosum sit, quod ex missione sanguinis, quam quod ex intemperie cordis fiet, hoc enim non fuerit minus quam syncope, quia ipsam substantiam spirituum disperdiderit. Deliquium verò animi ex missione sanguinis non adeò horrendum est, quam veterum multis, atque nunc omnibus ferè medicis videtur, si enim virtute firma tentata est missio sanguinis, neque illud per incuriam ultra quam par sit, negligatur, fuso adhuc amplius, postquam aut pulsus aut color, aut anxietas quædam cœpit deliquium insinuare, facile reparabile est. Nam ex moderatissimis sanguinis effusionibus, nobis neque volentibus, neque cogitantibus, ac sine ullo modo, deliquia ingruunt, ex quibus facile solius aquæ in faciem aspersione, aut clamore, aut vellicatione revocantur. Ob quæ neque ipsi venarum sectores jam terrentur. Prodest verò ipsum deliquium, non ob fustum sanguinem solum sed etiam per se, tunc præcipuè cum ob dolorem, aut incendium,

*Attemper-
rationis
causa mit-
tatur san-
guis usq[ue]
ad deli-
quium a-
nimi.*

*Deliquiū
animi ex
sanguinis
missione
non adeo
horrendū
est quam
videtur
multis.*

*Deliquiū
animi per
se prodest
dolori &
incendio.*

sanguis

sanguis mittitur, quia deliquium per se tollit
 sentum, & refrigerat. Velut autem cum vitalis
 facultas periclitatur à manifesta intemperie,
 attemperantia oportet adhibere, ita cum in-
 pulsu, quod præcipuum eius facultatis signum
 est, maioris læsionis notæ apparent, quam pro
 febris magnitudine, quod cacœthiæ vocatæ,
 seu mali moris est proprium, haud abs re sit,
 uti alexipharmacis vocatis medicamentis. Sūt
 autem talia quæ proprietate quadam dicun-
 tur adversari venenis, aut roborare cor, quorū
 materiam, ut aliorum omnium medicamento-
 rum, aprobatissimis autoribus oportet accipe-
 re, & ijs quæ sint expertissima maxime fidere.
 Est enim non sine nostro malo talium hoc se-
 culo in Hispania magnus usus, ob malignas
 illas febres, quibus pathognomonicum est, pu-
 licum moribus similes maculas indifferenter
 per quavis corporis partes (excepta facie, quā
 nunquam in hoc morbo occupant) citò su-
 pervenire. Usus & multorum approbatio ma-
 ximam autoritatem conciliavit inter simpli-
 cia, lapidi Bezaar, & primam quidem ei, qui
 advehitur ex India, secundam ei qui ex Ame-
 rica. Inter composita confectio celebri ex
 hyacinthis. Lapidi quidem multi, ijque pru-
 dentissimi attestantur, mihi verò nullus non
 est adulterationis suspectissimus. tim eo ne nul-
 lus non sit factitiū. Multos autem juvit nescio
 an opinione. Sed & hac debet medicus uti.

Quando
 utandum
 alexiphar-
 macis.

Lapis Be-
 zar & cō
 sectio ex
 hyacinthis
 alexiphar-
 maca opti-
 ma.

*Cautio sit
in alexi-
pharma-
eis, ut ca-
lica frigi-
dis, frigi-
di calidis
dentur.*

*Maligni-
tatis nota*

Veram ut alexiteriorum usus non omnino em-
piricus sit, illa cautio esse debet, ne indifferenter
utamar quibusvis ad quosvis. Sed eum in ho-
ram genere sint calida & frigida, & medio-
cria, & in ijs quæ malignitas magis quam ma-
gnitudo morbi videtur perdere sit etiam mani-
feste intemperiei differentia, alexipharmaca
quidem omnibus, eadem vero cuiusque in-
temperiei contraria accommodentur. Quam-
quam enim theriaca, & Mitridatum primarum
inter antidota ex tam multis seculis tenere pu-
rentur, tamen febricitanti non omnino levi-
ter, non videntur recte dari posse ob calidam,
& siccam temperiem, præcipue si linguam ha-
beat aridam & nigram, ut multi talium solent,
quibus ea, præter pulsus dictos, est malignita-
tis nota, quod cum ad tactum videatur febris
moderata, lingua & respiratio internæ ustio-
nis notas habent, cum tamen horum multi
non pro ratione sitiant. Hoc enim est, quo
malignitas præcipue agnoscitur, non esse mag-
nitudinis febris signa, quanta casus virtutum,
lassitudines magnæ à principio committantes,
& anxietates inlicibiles, quarum, nullæ sint
manifestæ causæ, his mox dictæ maculæ super-
veniunt, habentes etiam illud malignitatis in-
ditiu, esse in talibus concoctionis notas in-
fideles, quo d causa eius morbi non tam sit pu-
trescentia illa frequens, quam concoctio cohi-
bet, quam quedam alia corruptionis maligni-
ioris

nioris species, per quam in venenosam magis
 naturam labitur. Si quis igitur per hanc fe-
 brem, misso in principio sanguine, & purga-
 tione si opus sit (est autem in his sæpe necella-
 ria) peracta, toto incrementi & status tempo-
 re esset, plerosq; nihil aliud quam mori sinet.
 Inrescit enim non ut in alijs, mittis illa putres-
 centia suppuratiõni analogã, sed veneni vis.
 Igitur per hanc febrem præter communes in-
 dicationes. In alijs omnibus considerandas, *In malignis febris*
 peculiaris est ea, quæ à venenosa materiæ qua- *bus qua in*
 litate suscipitur. Ab ea verò timemus (quod & *dicationes*
 in alijs venenis) ne irremediabiliter increseat,
 & serpas usque in ipsum vitæ principium cor.
 Ut autem colibeatur malignitas facere pos-
 sūt alexipharmaca, ut cor non occupetur,
 quæ illud roborandi habent vim, & quæ ab eo
 retrahunt materiam. Nihil autem esse vide-
 tur, eorum quibus medici utuntur, potentiùs
 ad extrahendum ab altò corpore, cucurbitu-
 lis. Meritò igitur perdictas febres à maioribus *Cucurbitu*
 evacuationibus, quæ intra primos dies sunt *Larũ usus*
 per opportuna, apozimatis & confectionibus *in malignis febris*
 alexiteris, & cordialibus affigimus toti corpo- *bus.*
 ri cucurbitulas multas, scarificamusque eas,
 quæ præ alijs aliciunt sanguinem. Si enim
 nullæ adhuc maculæ apparent, per cucurbi-
 tulas arguuntur, sin autem iam cœperunt
 erumpere, extrahuntur abundantius, arque
 ita avellitur venenum à corde, & capite,
 alioque

Quibus
sympto-
matis oc-
currendum
sit quovis
morbi tē-
pore.

alioque non raro quæ cœperant pululare, so-
lent evanescere, & recurrente sanie in cor aut
caput, mori æger syncope, aut convulsione
correptus. Non erit igitur ab re in harum fe-
brium incrementis hæc & alia eisdem inten-
tionibus facere, velut à capite repellere, & cor
roborare, & quæcunq̄ res præsens exiger,
nam faciendorum speciem intentio suppedi-
tat. In his quoque, ut & in alijs quibusvis, si
dum morbus increfcit, & tu concoctionem
expectas, symptoma aliquod, eorum quæ vo-
cantur assidentia sub oritur, quod aut vires
prosternat, aut concoctionem, aut reliqua
naturæ opera impediât, aut novarum fluxio-
num causa esse possit, non sit expectandum re-
mediurn (quod sane fuerit tardum) ab ipsius
morbi sublacione, sed occurrendum statim, ut
somnia ad pervigilium, vel licationibus, &
acrium suffitu ad coma, auodinis, aut etiam
stupescientibus, ad dolorem, ad suppressio-
nem urinæ cathetere, & fotu laxante vias, ad
raptus humorum, revulsorij frictionibus, vin-
culis aut cucurbitulis, & multis alijs in hunc
modum, Hæc enim etsi obsymptomata, sed
non qua symptomata sũt, sed qua causæ sunt,
vel impediētes curationem presentium, vel
mirantes nova, maioraque mala. Sed hæc an-
tea diximus, nunc ea solum ea causa repetivi-
mus, ut indicarem inter duas, easque maxi-
me regulares movendi occasiones, principij
&

& inclinationis, esse multa, quæ incauti ad mo-
 dum & stupidi medici sit dimittere, ut faciunt
 quidam, qui se ut elegantissimos methodi ob-
 servatores venditant Sæpius autem peccant *Carpit*
 (nescio utri gravius) qui quibusvis occasione- *medicos*
 bus ad ea omnia, ac multò plura procedunt *multa fa-*
 remedia, nunquam insolentiores, quàm cum *cienties*
 faciunt plurima. Vix ægrotus de somno qua- *quovis*
 ritur, cum tempora & frontem abundanter il- *morbi*
 linunt, vix capitis dolorem nominavit, oxy- *tempore.*
 hodino irrigant sinciput. Si plusculos dies
 morbus durat, vasa omnia apothecariorum
 serapijs exhauriuntur. Non unam dejectio-
 num intermittit ægrotus, antequam clystere
 expurgante totus eius venter distendatur, ne
 que duas supra solitum fecit, quam adstringa-
 tur cataplasmatibus. Itaque omnibus quæ inci-
 dunt, statim nulloque iudicio occurrentes, ni-
 hil boni naturæ facere permittunt, neque quo-
 res vergat, ipsi sustinent expectare. Ego verò
 dixerim cum Galen. nullum remedium esse
 quod magnificè prorsit, quin aliqua ratione
 noceat, quin etiam sublata illa voculla, magni-
 ficè dixerim, nihil esse quod prorsit, quin ali- *Remedij*
 qua ratione nocere possit. Proinde ut mirus *non est ut*
 Plato de expurgatione magno quidem auxi- *um nisi*
 lio, dixit, suscipiendam non esse à viro sanæ *cum eorum*
 mentis, nisi cum summa necessitas noscit, ita *incidit non*
 de minoribus illis ego dixerim, suscipienda *omnino le-*
 non esse, nisi cum eorum incidit non omnino *vis neces-*
litas.

levis necessitas. Itaque agenda illa omnia dicerentur, cum incidit necessitas tanta, cum ea minor est, omitti melius. Verissimum enim illud Euripidis, qui multa agit cum cessare liceret, stultus est. Ad prudentiam & iudicium medici devoluuntur hæc omnia. Illos verò omnes vitupero, qui quipiani eorum qui in arte sunt, sibi imperaverunt, semper, aut nunquam facere omnia potius in occasione, & nihil timere.

Caput Tertium.

De occasione remedium in particularibus morborum temporibus.

DE temporibus universalibus morborum hactenus. De occasione, quæ in particularibus capi debet, dicamus, ut universalia tempora sunt partes totius morbi ita particularia singulorum circuitum, in morbis, qui circuitus habent. Cum igitur circuitus constet paroxysmo, & intervallo, aut (si in intervallum non sit) remissione, ad evacuationes, atque ad omnem morbi curam, expectanda est hora levissima: intervallum dico, aut, si minus id sit remissionis tempus. Quia cum minus vexatur morbo est hora levis facultas melius feret curationes. In difficillima, nisi mis verò horis abstinendum, fereque eadem si quid urgeat. horæ sunt opportuna auxilii, quas, & cibo etiam esse, supra indicavimus. Merito autem diximus

diximus expectandum tempus levissimum ad eam curationem, quæ ob morbum suscipitur. Nam si quid agitur metu ipsius paroxysmi, à quo fortè timeas agrotum non evaluum, aut non sine læsione in emendabili, vel symptomatis alicuius, quod in eo valde urgeat, constat tunc agendum maxime, cum urget, velut si ad revocandum calorem, qui per invasionem ita reconditur, ut timeas, ne nunquam homo recalescat, frices, foveas extrema, aut lumbos, calidis pannis, unktionibus, aut cataplasmatis, propines aliquod antidotum, aut aliud quidpiam moliaris, aut ob comam, excitatoria admoveas, aut ob dolorem ingentem aut solam febris magnitudinem, sanguinem mittas, differendum non est usque ad remissionem, quæ timemus, ne nunquam sine illis remedijs ventura sit. Neque sane ad id de quo nunc agimus, interest sit exacerbatio doloris an febris, tametsi veterum quidam ita diffiniunt, sed ob morbum totum an ob paroxysmum mittas sanguinem, cum enim non te movet ipse paroxysmus, aut symptoma fortè, sed morbus totus, verisimiliterque expectas sua hora superventuram remissionem, errabis plurimum, nisi auxilia in eam differas, sine doloris, sive febris exacerbatio sit, quia tunc facultas melius feret, & in orbem materia melius deponetur. Ut melius

Hora remissionis qua causa fit ad remediū accommodatissima. lius facultas ferat, causa est, quia minus laborat, ut materia deponatur, quia ut per invasionem calidum revocatur introrsum, & excreta detinentur, & corpora densantur ita per inclinationes redit ad externa calidum, pori laxantur, excernuntur excrementa. Ex torque re igitur à natura retinente, & per contravenientes, densatasque vias difficile sit, cum contraria fiunt, facile. Vnde fit, ut cum totus paroxysmus sit incommodus missioni sanguinis.

Quando ad remedia, & cibos fit expectanda intermissionis hora Tamen hora ipsa invasionis fit omnium incommodissima, tunc quia maxime laborat naturale calidum. Qua propter nonquam perniciosus error fuit ea hora missus sanguis, neque sospicienda sum ipsissima hora cum adest, sed & cum interstat, aut non abest longe, vitanda, est plus etiam quam summus vigor paroxysmi. Si igitur subsequitur quidem sit intervallum, aut in febricitationis tempus, sed brevius, quam ut possit sanguis mitti, & cibo refici ægrotus, quatuor aut quinque horis ante futuram accessionem, satius sit secari venam, & cibum dari in inclinatione prioris, quam integram febris vacuitatem expectari. Sunt qui contendunt in ipso paroxysmi incremento, aut etiam vigore rectius mitti, quia dicunt, tunc fluit humor in focum putredinis, cum autem fluit, revelli debet, revulsio verò nulla ratione agitur melius. His vocullis quas in ore semper habent, totam suam praxim huc redegerunt, ut

quo-

quoties febris exacerbatur, toties venam se-
cent, usque dum morbus solvatur, aut agrotus
pereat, aut ob virtutis evidentem defectum,
iam dimittatur periturus, aliud verò agunt ni-
hil. Sed de hac fundendi sanguinem intempe-
rantia, satis iam diximus. Nunc ad id quod a-
gimus de occasione redeamus. Si ob fluxionē,
revellendi causa bene mittitur in paroxysmo,
in ipsa invasione, frigante & rigente corpore,
mittetur melius, quia revulsio incipientibus
fluxionibus magis congruit, quam proceden-
tibus, aut cessantibus, his enim debetur evacua-
tio, illis derivatio, revulsio verò, aut fluxuris,
aut recentissime fluxibus. Mittere verò cū
incipit paroxysmus, non sani esse hominis nō
sani juret Orestes. Atqui arbitror, ne ipsi qui-
dem facerint. Præterea portionem eam succi,
quæ per paroxysmum movetur, velle revelle-
re, paroxysmum curare est (quod non tanti
oportuit emere, cum paulo post esset conquie-
turus) non morbum. Imò si quam maxime id
assequantur, quod habent in votis, minuentes
presentem paroxysmum, morbum producēt,
aut reddent maligniorem. Nam cacochimia,
quæ intra venas est, quæ morbi est causa, in
continuis quidem febribus proxima seu con-
iuncta (nam nihil interest) intermittentibus
verò antecedens, per singulos paroxysmos cō-
sumitur portio aliqua, in intermittentibus mis-
sa extra venas, in continuis, intra ipsas venas
agitata,

agitata, & ardens, ardoreque dissoluta, atque ita reliquum & minuitur, & expurgatur. Revulsio ergo eius portionis, illam ad partem mittentem revocabit, intraque venas retinebit necessario, atque ita, tota sanguinis massa, quæ vitiosa est, minus & lentius expurgabitur. Quare periculum malignitatis, & longitudo in posterum succedet, cum intetini videatur tunc aliqua ex parte sublevatus agrotus. Et sane ea res, apud vulgus imperitum, medius non est inutilis. Nam, misso in patoxyl

Medici mo sanguine, succedit paulò post ea requies, quæ alioqui secundum ipsam morbi figuram futura fuit, diciturque agrotum sublevasse, cum laeserit. Illi enim non intelligunt quid interesse in sit, melius habuisse misso sanguine, aut quia augmento missus sanguis est. Laudatur ergo medicus tunc vel vigore deincepsque per maligniorem aut longiorem paroxysmi morbum, maiorem sine nota accipit mercedem. Contra cum peritus medicus mittat sanguinem in hora quietiori, morbo præcipue eunt in incrementum necesse est à misso sanguine succedat paroxysmus, atque magna ex parte maior priori. Quia scilicet per vicissitudines succedunt hora faciles & difficiles, crescente verò morbo omnia sunt fortiora. Putatur ergo medicus lassisse agrotantem, & sæpe antequam ad optatam salutem agrotum deducere, repellitur. Vtque adeò sæpe apud vulgus, sibi melius consult imperius, quam peritus. Pro-

pterea

pterea sapientissime, ut alia omnia, illud, quoq;
dixit Hippoc. indigere medicum honore ar-
tis, quin & admiratione, ut illi se audeant con-
credere homines, & obedient, ac fidem præ-
stent, etiam cum videantur laesi ab auxilijs, ut
à præstantissimis, & plurimum in posterum
profuturis, plerunque evenit. Ego verò his
addiderim, ipsos etiam a grotis indigere me-
dico magnæ apud ipsos fidei, & estimatio-
nis, ne per diffidentiam timeant magis à cū-
ratione, quam à morbo, & nisi mox ab auxilio
adiutos sentiant, laesos putent, neque fortiter
expectent exitum, sed huc & illuc temerè fe-
rantur. Consulo ergo a grotis, ut eos semper
eligant, de quibus sentiant magnificè, fidant
verò constanter electis. Medicis verò, ut ab
illis mox abstineant a grotis, apud quos sen-
tient, suam fidem vacillare. Sed hæc dixi obi-
ter. Et de occasione quæ est in hora paroxys-
morum hæctenus.

1. Pregn. 1

Medicus

indiget ho-

nore artis

& admi-

ratione, a-

get verò

medico

magna

apud ipsū

f. dei.

Caput Quartum.

EST præter hanc alia quadam oc-
casio in hora non circuitus, sed diei.
Est autem diei partitio in quatuor
primum tempora, ut & totius anni,
in mane, meridiem vespèram, & mediā no-
ctem. Horum quodvis sex horis constat, si
quidem dies totus viginti quatuor horarum
est.

De occasio

ne rer e-

diorum in

hora diei,

ut anni

quatuor

tempora.

est.

